BIBLIOTECA NAZ.
111
D
41
NAPOLI

111
D
41

83
4
32

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

ΜΕΛΕΑΓΡΟΥ ΤΑ ΣΩΖΟΜΕΝΑ.

MELEAGRI CARMINA

EDITA

E

RECENSIONE BRVNCKII,

CVM

COMMENTARIO.

BIBLIOTECA NAZIONALE DI NAPOLI

LIPSIAE,

APVD E. B. SWICKERTVM.

MDCCLXXXIX.

Digitized by Google

ADDENDA

ET

EMENDANDA.

Ad C. 1. v. 51. φλοξ herba quaedam; cf. Paul. Silent. c. X. v. 7.

ὁπποσον ἡβασκει φλογος ανθεα — —

C. 2. v. 9. De nomine Myiſci iam ſic ſtatuo; eſſe quidem in ipſo nomine per ſe nullam ambiguitatem; ſed poëtam ſubinde ad amphiboliam eiusmodi deſcendere. conf. c. 41. ibique quae addidimus e mente Schneideri.

C. 3. cf. Klotzius XXIII. et Schneiderus V. D. in Periculo crit. p. 24.

C. 4. Probo Schneideri ſententiam de h. c. cuius verba addam: „Carmen hoc mihi videtur nimis φορτικὸν „eſſe; merus verborum luſus, qui nil iuſti et ſani „ſenſus ſonat. Increpat poëta oculos, tanquam noui „amoris cauſam. Comparat iactus oculorum (βλέμ„ματα) cum calamis aucupum, quibus captus amor „inhaeſerit. Cum vero ſupplex precaretur, ait ocu„los miſeratos, vltro hoſtem ſuum recepiſſe; atque „inde pulchritudine mera torreri. Sic intelligo car„men obſcuriſſimum. — Vltimum μάγειρος mera „inſania mihi videtur." v. Pericul. crit. p. 83. ſq. Addit idem V. D. Meleagrum ſuum μάγειρον ſumſiſſe e Theocrito, VII. 55.

Αἴκεν τὸν Λυκίδαν ὀπτεύμενον ἐξ Ἀφροδίτας —

et XXIII. 33, 34.

— — — — — — — καὶ τὸ φιλάσαις

ἀνίκα τὰν κραδίαν ὀπτεύμενος ἁλμυρὰ κλαύσαις.

vid. not. noſtrae ad h. l. Meleagri.

C. 5. v. 5 et 6. περισκυθισαι, inquit Schneiderus l. l. p. 94, eſt Scytharum proprium, qui captis bello cutem capitis detrahebant, et differt a σκυτίσαι. Non bene Toup. ad Suid. III. p. 39. — Suidae verba ſunt: περισκυθισαι κυριως το αποτεμειν το επι της κεφαλης δερμα συν ταις θριξι. — Debetur haec nequitia Comico, Lyſiſtrat: 953. τά τ᾽ ἄλλα πάντα, κἠπυδαρια᾽ οιχε-

Digitized by Google

ται. — v. vlt. ad verba Ρωμ. λοπ. adde Salmaſ. ad Tertull. de pallio, p. 432. qui docet, hanc phraſin prouerbio fuiſſe celebratam, pro patina miſcellanea fictili, variis et exquiſitis deliciis referta.

Ad C. 9. cf. Schneideri libellus, p. 62. ſq. vbi tamen non recte legitur: χλαμυδ'.

Ad C. 10. add. idem V. D. laud. lib. p. 64.

Ad C. 16. — v. 1. ἥν τι πάθω, ſi quid obtigerit. adde Brunck. V. S. ad Ariſtoph. Eccleſ. 1105. — caet. cf. Schneid. l. l. p. 53 ſq.

Ad C. 17. v. Pericul. crit. Schneideri, p. 72.

Ad C. 18. v. 1. δυσερωτες puto eſſe, *perdite, miſere amantes.*

Ad C. 24. cf. Schneid. lib. laud. p. 58.

Ad C. 25. v. idem V. D. l. l. p. 84. — De verbo κνίζαν alius Vir Eruditiſſimus in Obſ. Miſcell. Belg. Vol. V. p. 57 ſq. haec habet, quae non omittam: Ea, quae pungunt, inquit, et vrunt, proprie Graecis κνιζαν dicuntur. Deinde quicquid dolorem et anxietatem affert. Soph. Oed. Tyr. 796. Praecipue vero h. v. exprimitur dolor, quem amantes ſpreti percipiunt. Schol. Soph. ad l. l. εκνιζε, ελυπει, κυριως δε ερωτικως λυπειν. Eurip. Med. v. 555. et 568. Androm. v. 208. Alciphr. ep. 32. Hinc κνισμοι et κνισματα, offenſiones et faſtidia amantium; Alciphr. ep. 29. ibi Bergler. Anthol. L. III. c. 12. p. 338.

Κωμους και τα νεων ζηλωματα, και τα ποθευντων
κνισματα, και μυστην λυχνον ἀπεχθομενη.

Hinc ille, qui ſpreta vxore ſua quarumlibet aliarum mulierum amore capitur φιλοκνισος eleganter appellatur a Nicarcho L. II. c. 47.

Ad C. 26. Schneiderus multa praeclara attulit: l. l. p. 60. Conſtituit autem primum diſtichon ita e Cod. Lipſ.

Ειvοδιος σταχυων το μεσημβρινον εἶδον Αλεξιν
ἀρτικομαν, καρπων κυομενου θερεος.

θερος καρπων erudite explicat, vt poſitum ſit pro ſimplici: καρποι. et κυομενον θερος καρπων, per: meſſem vel ſegetem, quae adhuc in flore eſt, quod fere tempore calidiſſimo aeſtatis eſſe ſolet. Quae interpretatio tamen neſcio an nimis ſit quaeſita cum tales ambages Meleager amare mihi non videtur. Optime autem huc aduocauit locum ex Achille Tatio L. VI. quem deſcribere hic non grauabor. ἐπει δε εἶδεν την Λευκιπ-

Digitized by Google

πην, ἀνεφλεγη την ψυχην και ἐδοξεν αὐτῳ τοτε καλλιων γεγονεναι· θρεψας γαρ ὁλης της νυκτος το πυρ, ὁσον χρονον ἀπελαφθη της κορης, ἀνεζωπυρησεν ἐξαιφνης, ὑλην λαβων εἰς την φλογα την θεαν.

Ad C. 27. v. I. post Brunckii verba in commentario adde: Non igitur audiendus est Toupius Cur. nouiss. in Suid. p. 123.

Ad C. 30. v. Schneid. l. l. p. 96.

Ad C. 36. v. idem eod. l. p. 54.

Ad C. 40. cf. liber citat. p. 40.

Ad C. 41. Cum in schedis meis h. c. probe explicaueram, malus quasi genius me, cum describerem haec prelis, inuasit, qui ea, quae bona antea scripsissem, vitiose immutarem. Deinde inueni illa mea priora rectissima esse, et consentientem in iis Schneiderum, Virum si quem alium, mihi colendum, ab eo iam tempore, cum alumnus Portae in Saxonia superiore eius interpretationem Anacreonteam legere incepi, vsque ad hunc diem; Huius igitur Viri Doctissimi nostri carminis versionem pro commentario apponam: v. Peric. crit. p. 41. „Ego me vel Ioui opponam, si te Myisce, vt nectar ipsi infundas, rapere velit. — Atqui ille (Myiscus) saepe mihi haec exprobrauit, dicens: Quid palles? non te aemulationi subiiciam; noui enim, ipse amoris igne correptus, corda flectere mea ad miserationem. — Scilicet ille haec dicit quidem: tamen ego, si musca praeteruolat, stupeo, ne dissimulator Iupiter in me irruat." — Docte adnotauit praeterea nostrum ludere in verbo μυια, quo respiciat ad Myiscum.

Ad C. 55. v. 3. προς σε Διος, Brunck ad Apollon. Rh. III. 985. „Familiaris poëtis Graecis mos, pronom. τῳ, „προς iungere in obtestationibus."

Ad carm. 59. Egregia nota Schneideri l. l. p. 9. „Satis difficile carmen, nisi memineris ἀμφιβολιας, qua poëta ludit in v. ψυχη, quae cum animam, tum animalculum illud notat, quod noctu lucernas circumuolitat, et Graecis etiam φαλαινα dicitur. v. Toup. in Ind. Epist. crit. v. ψυχη. De animalculo cf. Salmasius ad Script. Hist. Aug. p. 45."

Ad C. 73. cf. Schneid. l. l. p. 119.

Ad C. 77. vid. idem l. eod. p. 15. sqq.

Ad C. 87. Idem V. D. adducit libro laud. p. 107.

Ad C. 97. Etiam de h. c. Schneiderus plura egregia attulit, l. l. p. 79. ſq. Ex his ſolummodo opponam locum Platonis, qui noſtrum carmen valde illuſtrat: Eſt e dial. Theaetet. §. 3. (Vol. II. p. 56. ed. Bip.) τίς ἂν ἡμῶν πρῶτος ἄποι, ὁ δὲ ἁμαρτὼν, καὶ ὃς ἂν ἀεὶ ἁμαρτάνῃ, καθεδεῖται, ὥσπερ φασὶν οἱ παῖδες οἱ σφαιρίζοντες, ὄνος· ὃς δ' ἂν περιγένηται ἀναμάρτητος, βασιλεύσει ἡμῶν, καὶ ἐπιτάξει ὅ, τι ἂν βούληται ἀποκρίνεσθαι. Ad quem locum pertinet gloſſa MS. καθόλου ἐπὶ τῶν ἐν πράγματι ἡττόνων. εἴρηται δὲ ἀπὸ τῶν παίδων τῶν σφαιριζόντων καὶ τὸν νικηθέντα εἰς ὄνον καθιζόντων.

Ad C. 99. Schneiderus p. 97, inquit: „amantes amicitiam ſuam poculis firmabant inuocato numine aliquo" et inde monet noſtrum carmen eſſe intelligendum.

Ad C. 106. cf. Eiusd. V. D. l. l. p. 107.

Ad C. 108. cf. Stratonis elegantiſſimum carm. 88.

FINIS NOTARVM.

BROEDERO SVO

S A C R V M.

Digitized by Google

LECTORI BENEVOLO
S.
EDITOR.

Meleagrum, Lector Beneuole! Tibi trado, poetam, qui, si quis alius, is certe dignus erat, qui iam dudum seorsim ederetur. Sed et inuida aetas, et situs, quo, antequam praestantissimum illud opus, Analecta Vett. poett. Graec. a Viro Perillustri Brunckio curarentur, Anthologiae graecae obrutae iacuerunt, obstabant, credo, quo minus a Viris doctis diligenter legeretur, et in publicum separatim prodiret. Iam ego ad illum edendum accessi, fausto omine, an inuita Minerua, nunc non expediam, cum

profecto, si licuisset plurium Virorum doctorum adnotationes in his et illis libris dispersas vndique colligere, et conquisitas opes in vsum meum conuertere, ornatiore et insigniore cultu Meleager prostaret. Quae copia autem, quamuis summam, Summi Viri, Heynii, beneuolentiam et gratiam, qua adiutus sum, laudibus aequis extollere satis non queam, omnis tamen non adfuit, quae adesse debuerit.

At ante omnia docendum videtur, quae et qualis mea opella in hoc poeta edendo fuerit. Primum igitur textum e Viri graece doctissimi Brunckii Analectis diligenter descripsi; hac quidem ratione, vt eas vnice lectiones et emendationes, quas ille Vir Summus in notis suaderet,

reciperem. Nec ab hac via deflexi; quippe aliorum coniectutae mihi non videbantur satis genuinae, etiamsi ingeniosae, vt ea, quam protulit, Vir Doctus, in Obseruat. crit. (v. Part. II. Bibl. alter Litter. und Kunst), qui v. 5, Carmine 34, pro:

Τοι γαρ, ἰδε, την προσθε λαλ.

legendum censebat:

Ταντaλιδην, την προσθε λαλ.

Quae emendatio, quamuis bona, non necessaria mihi videbatur; imo, το: τοι γαρ, ἰδε, mea quidem sententia, manifeste sensus requirit. Vellem equidem, vt aliunde plura rei criticae subsidia et apparatus mihi adfuerint; at destituti sumus plane in his Germaniae oris ab hac parte

in hoc poeta, cuius forte plurima loca fananda forent, fi quis diligentem comparationem infli- tuere poffet cum illo Cod. qui Romae latere dici- tur. Vbi vero e mente Brunckii, V. S. aliquid correxi, in notis textui fubiectis monui, dedique praeterea hic omnes criticas eiusdem notulas, vt in commentario paffim interpretationes ab eo Viro profectas. Deinde id egi, vt cuiusuis car- minis argumentum proponerem, cum hac ratio- ne fenfus loci maxime adiuuatur: et tandem commentarium adieci, quo vberius textum inter- pretari ftudui. In qua quidem interpretatione, fi hic vel illic rectam viam ingreffus non fim, huius erroris veniam a Lectore Beneuolo petere audeo, cum quoque in his conficiendis interpre- tamentis multa fubfidia defuerint. Quos autem

Digitized by Google

libros, et mihi ingenua liberalitas Summi Viri, Heynii, comparandos concessit, et quos e penu mea depromsi, inter alios inprimis hi fuerunt: Vannus Crit. Dorv. eiusdemque Viri comment. ad Charit. Miscellan. Nov. Lips. T. IX. et ibi notae Reiskii, quibus adiunxi eius Anthologiam et Notit. poet. Adnotationes Toupii ad Suidam. Suidas Kuesteri. Salmasii exercitt. Plin. Epistolae Viri Summi Ruhnkenii: et alii, quos omnes laudare nimis longum foret, et quidem; cum saepe in vno alteroue volumine vnam tantummodo notulam excerpendam inuenirem, quae ad rem nostram facere videretur. Interdum et huius aut illius carminis elegantissimam versionem teutonicam commentario huic inserui, quas ingenio Herderi Summe Reuerendi debemus, ex

libro: *Zerstreute Blaetter.* Quod eo lubentius feci, cum satis scirem, meo Meleagro hac re novum ornatum accessurum.

Iamque haec erant, de quibus Te, Lector Erudite, monere volui. Rogamus caeterum, vt hanc qualemcunque opellam aequo animo accipias, vt a iuueni viro factam, per octo in diem horas, quibus ipsi docendum est, occupato, et subsidiis, nisi omnibus, tamen plurimis destituto. Vale. Scripsi, Ibid. Martiis. MDCCLXXXVIII.

Digitized by Google

ΜΕΛΕΑΓΡΟΥ
ΓΑΔΑΡΗΝΟΥ ΠΟΙΗΤΟΥ
ΤΑ ΣΩΖΟΜΕΝΑ.

I.

Elegia dedicatoria ad Dioclem, in qua Meleager poetarum nomina recenſet, quorum Carmina *Coronae* intexuit; et quidem ita, vt vniuscuiusque poemata floribus comparet, reſpiciens, credo, ad titulum collectionis, quam inſcripſerat *Coronam.*

Μοῦσα φίλα, τίνι τάνδε φέρεις πάγκαρπον ἀοιδάν;
ἢ τίς ὁ καὶ τεύξας ὑμνοθέταν στέφανον;
ἄνυσε μὲν Μελέαγρος· ἀριζάλῳ δὲ Διοκλεῖ
μναμόσυνον, ταύταν ἐξεπόνησε χάριν.
Πολλὰ μὲν ἐμπλέξας Ανύτης κρίνα, πολλὰ δὲ Μυροῦς
λείρια, καὶ Σαπφοῦς βαιὰ μὲν, ἀλλὰ ῥόδα.
Νάρκισσόν τε τορῶν Μελανιππίδου ἔγκυον ὕμνων,
καὶ νέον οἰνάνθης κλῆμα Σιμωνίδεω·
σὺν δ' ἀναμὶξ πλέξας μυρόπνουν εὐάνθεμον ἶριν
Νοσσίδος, ἧς δέλτοις κηρὸν ἔτηξεν Ερως·

I. v. 2 ὑμνοθετᾶν, poetarum, Reiske. Non bene; oppoſitum enim eſt τῷ: πάγκαρπον ἀοιδάν. v. 1.

v. 10 δέλτῳ, Martin. in Ep. quod non neceſſarium. δέλτοις, tertius caſus, more ſolemni Graecorum.

τῇ δ' ἅμα καὶ σάμψυχον ἀφ' ἡδύπνοιο Ῥιανοῦ,
καὶ γλυκὺν Ἠρίννης παρθενόχρωτα κρόκον,
Ἀλκαίου τε λάληθρον ἐν ὑμνοπόλοις ὑάκινθον.
καὶ Σαμίου δάφνης κλῶνα μελαμπέταλον·
ἐν δὲ Λεωνίδεω θαλεροὺς κισσοῖο κορύμβους,
Μνασάλκου τε κόμας ὀξυπόρου πίτυος·
βλαισὴν τε πλατάνιστον ἀπέθρισε Παμφίλου, ὑγροῖς
σύμπλεκτον καρύης ἔρνεσι Παγκράτεος,
Τύμνεώ τ' εὐπέταλον λεύκην, χλοερόν τε σίσυμβρον
Νικίου, Εὐφήμου τ' ἀμμότροφον πάραλον·
ἐν δ' ἄρα Δαμάγητον, ἴον μέλαν, ἡδύ τε μύρτον
Καλλιμάχου, στυφελοῦ μεστὸν ἀεὶ μέλιτος·
λυχνίδα τ' Εὐφορίωνος, ἴδ' ἐν Μούσαισιν ἄμεινον
ὃς Διὸς ἐκ κούρων ἔσχεν ἐπωνυμίην.
τῇσι δ' ἅμ' Ἡγήσιππον ἐνέπλεκε, μαινάδα βότρυν
Πέρσου τ' εὐώδη σχῖνον ἀμησάμενος,
σὺν δ' ἅμα καὶ γλυκὺ μῆλον ἀπ' ἀκρεμόνων Διοτίμου,
καὶ ῥοιῆς ἄνθη πρῶτα Μενεκράτεος,
σμυρναίους τε κλάδους Νικαινέτου, ἠδὲ Φαέννου
τέρμινθον, βρωτὴν τ' ἀχράδα Σιμμίεω·
ἐν δὲ καὶ ἐκ λειμῶνος ἀμωμήτοιο σέλινα,
βαιὰ διακνίζων ἄνθεα Παρθενίδος,

I. v. 23 ἰδ' ἐν Μ. ἀμ. vide fis not. ad h. l.

v. 26 Sic refcripfi iubente Brunckio Vir Illuftr. cum antea effet: Πέρσου δ' εὐώδη —.

v. 29 μυριναίους pro σμυρν, fic Libri; mendofe! v. not.

v. 31, 32 Hanc optimam Codicis lectionem, Brunckio fuadente, refumfimus; cum in textu Analect. expreffum effet hoc diftich. ex Reiskii fententia fic:

ἐν δὲ καὶ ἐκ λειμῶνος Ἀμωμήτοιο σέλινα,
βαιὰ δὲ καὶ κνίζων ἄνθεα Παρθενίδος.

λείψανα τ' εὐκαρπεῦντα μελιστάκτων ἀπὸ Μουσῶν,
ξανθοὺς ἐκ καλάμης Βακχυλίδεω στάχυας·
ἐν δ' ἄρ' Ἀνακρείοντα, τὸ μὲν γλυκὺ κεῖνο μέλισμα
νέκταρος, εἰς δ' ἐλέγους εὔσπορον ἀνθέμιον·
ἐν δὲ καὶ ἐκ Φορβῆς σκολιότριχος ἄνθος ἀκανθὲς
Ἀρχιλόχου, μικρὰς στράγγας ἀπ' ὠκεανοῦ·
τοὺς δ' ἅμ' Ἀλεξάνδροιο νέους ὄρπηκας ἐλαίης,
ἠδὲ Πολυκλείτου πορφυρέην κύανον.
ἐν δ' ἄρ' ἀμάρακον ἧκε, Πολύστρατον, ἄνθος ἀοιδῶν,
Φοίνισσάν τε νέαν κύπρον ἀπ' Ἀντιπάτρου·
καὶ μὴν καὶ Συρίην σταχυότριχα θήκατο νάρδον,
ὑμνοθέταν, Ἑρμοῦ δῶρον ἀειδόμενον·
ἐν δὲ Ποσείδιππόν τε καὶ Ἡδύλον, ἄγρι' ἀρούρης,
Σικελίδεώ τ' ἀνέμοις ἄνθεα φυόμενα·
καὶ μὴν καὶ χρύσειον ἀεὶ θείοιο Πλάτωνος
κλῶνα, τὸν ἐξ ἀρετῆς πάντοθι λαμπόμενον.
Ἄστρων τ' ἴδριν Ἄρατον ὁμοῦ βάλεν, οὐρανομάκευς
Φοίνικος κείρας πρωτογόνους ἕλικας,
λωτόν τ' εὐχαίτην Χαιρήμονος ἐν φλογὶ μίξας
Φαιδίμου, Ἀνταγόρου τ' εὔστροφον ὄμμα βοὸς,
τόν τε φιλάκρητον Θεοδωρίδεω νεοθαλῆ
ἕρπυλλον, κυάνων τ' ἄνθεα Φανίεω,
ἄλλων τ' ἔρνεα πολλὰ νεόγραφα· τοῖς δ' ἅμα Μούσης
καὶ σφετέρης ἔτι που πρώϊα λευκόϊα.

Amometum, plane incognitum hominem, in poetarum censum referre non oportuit.

I, v. 37 Haec est lectio Cod. Vatic. migrare igitur iussimus: ἐκ Φοβερῆς σκολιότριχος — caeterum vide not. ad h. v.

v. 43 Sic Brunck. V. S. correxit, cum primo dedisset: καὶ μὴν καὶ Συρίαν, — v. not.

Ἀλλὰ φίλοις μὲν ἐμοῖσι φέρω χάριν· ἐςὶ δὲ μύςαις
κοινὸς ὁ τῶν Μȣσέων ἡδυεπὴς ςέφανος.

II.

Cum duae Anthologiae Meleagri exſtitiſſe videantur, altera quidem, quae puellarum, et altera, quae puerorum amores referret; poeta huic id carmen tanquam praeſamen forte praemiſit, quo facete ſatis finxit, Amorem ipſum hanc *Coronam* Veneri texuiſſe. Ita fiebat, vt tenerrimos pueros, Tyrios, quorum nomina recenſet, vt in priori elegia poetas, ſic in hoc carmine amaſios illos floribus compararet.

Πάγκαρπόν σοι, Κύπρι, καθήρμοσε, χειρὶ τρυγήσας
παίδων ἄνθος, Ἔρως ψυχαπάτης ςέφανον.
ἐν μὲν γὰρ κρίνον ἡδὺ κατέπλεξεν Διόδωρον
ἐν δ᾽ Ἀσκληπιάδην τὸ γλυκὺ λευκόϊον.
ναὶ μὴν Ἡράκλειτον ἐνέπλεκεν, ὃς ῥ᾽ ἀπ᾽ ἀκάνθης
ἦν ῥόδον· οἰνάνθη δ᾽ ὥς τις ἔθαλλε Δίων·
χρυσάνθη δὲ κόμαισι κρόκον, Θήρωνα, συνῆψεν,
ἐν δ᾽ ἔβαλ᾽ ἑρπύλλȣ κλωνίον, Ουλιάδην,
ἁβροκόμην δὲ Μυΐσκον, ἀειθαλὲς ἔρνος ἐλαίης
ἱμερτὲς ἀρετῆς κλῶνας ἀπεδρέπετο.

II. v. 2 Minus bene Codex ψυχαπάτην. Ψυχαπάτης eſt Cupidinis epitheton. *Br.*

v. 5, 6 Hos verſus Dorv. in Vann. Crit. p. 103 ſic ſcripſit:

ναὶ μὴν Ἡράκλειτον ἐπέπλεκεν, ὥς ῥ᾽ ἀπ᾽ ἀκάνθης
ἓν ῥόδον· οἰν δ᾽ ὥς τ. ἔ. Διων.

Non male! vt eſt in alio epigr. Anthologiae:

— — — Ἀντιφίλȣ ζητῶν χάριν, ὡς ἐπ᾽ ἀκάνθης
εὑρήσεις ῥοδεαν φυομένην κάλυκα.

Ὀλβίςη νήσων ἱερὰ Τύρος, ἣ τὸ πυρίπνουν
  ἄλσος ἔχει παίδων Κύπριδος ἀνθοφόρον.

III.

Puerorum amores magis alliciunt, quam puellarum.

Ἁ Κύπρις θήλεια γυναικομανῆ φλόγα βάλλει·
  ἄρσενα δ' αὐτὸς Ἔρως ἵμερον ἀνιοχεῖ.
Ποῖ ῥέψω; ποτὶ παῖδ' ἢ ματέρα; φαμὶ δὲ κἀυτὰν
  Κύπριν ἐρεῖν· Νικᾷ τὸ θρασὺ παιδάριον.

IV.

Suos ipſius alloquitur oculos, quorum in amore *ἀπληςίαν καὶ πολυμανίαν* incuſat.

Ὦ προδόται ψυχῆς, παίδων κύνες, αἰὲν ἐν ἰξῷ
  Κύπριδος ὀφθαλμοὶ βλέμματα χριόμενοι,
ἡρπάσατ' ἄλλον Ἔρωτ', ἄρνες λύκον, οἷα κορώνη
  σκορπίον, ὡς τέφρη πῦρ ὑποθαλπόμενον.
δρᾶθ' ὅ τι καὶ βούλεσθε. Τί μοι νενοτισμένα χεῖτε
  δάκρυα, πρὸς δ' εἱρκτὴν αὐτομολεῖτε τάχα;
ὀπτᾶσθ' ἐν κάλλει, τύφεσθ' ὑποκαιόμενοι νῦν,
  ἄκρος ἐπεὶ ψυχῆς ἐςὶ μάγειρος Ἔρως.

IV. v. 2 Male Salmaſ. hic reponebat *ὀφθαλμῶν*: *ὀφθαλμοὶ αἰεὶ χριόμενοι βλέμματα ἐν ἰξῷ Κύπριδος.* Eadem recurrit locutio in incertor. epigr. LII. *λάτρις Ἔρωτος φοιτῶ, θηρευτὴν ὄμμασιν ἰξὸν ἔχων. Br.*

v. 5 Brunckius V. III. malebat: *δρᾶθ' ὅ τι κεν βόλησθε.*

v. 6 Cum Brunckius antea dediſſet: *πρὸς δ' ἱκέτην αὐτομ. τάχος*, emendabat in Lectionibus cum Buherio: *προς δ' εἱρκτὴν*, et e Cod. *τάχα*, quas emendationes lubenti animo recepimus.

V.

Ad Philoclem, quem puerorum amoribus beatiſſimum fore praedicat.

Εἴ σε Πόθοι στέργουσι, Φιλόκλεες, ἥ τε μυρόπνους
Πειθὼ, καὶ κάλλευς ἀνθολόγοι Χάριτες,
ἀγκὰς ἔχοις Διόδωρον. ὁ δὲ γλυκὺς ἀντίος εἴδοι
Δωρόθεος, κείσθω δ' εἰς γόνυ Καλλικράτης,
ἰαίνοι δὲ Δίων, τὸ δὲ γ' εὔστοχον ἐν χερὶ τείνων
σὸν κέρας Ουδιάδης αὐτὸ περισκυθίσαι,
δοίη δ' ἡδὺ φίλημα Φίλων, Θήρων δὲ λαλῆσαι,
θλίβοις δ' Εὔδημον τυτθὸν ὑπὸ χλανίδι.
εἰ γάρ σοι τάδε τερπνὰ πόροι θεὸς, ὦ μάκαρ, οἵαν
ἀρτύσεις παίδων Ῥωμαϊκὴν λοπάδα.

VI.

Se ipſum alloquitur, vt mero bibendo excutiat ex animo amoris miſeri dolores.

Ζωροπότει δύσερως, καὶ σοῦ φλόγα τὰν φιλόπαιδα
κοιμάσει λάθας δωροδότας Βρόμιος.
Ζωροπότει, καὶ πλῆρες ἀφυσσάμενος σκύφος οἴνας
ἔκκρουσον στυγερὰν ἐκ κραδίας ὀδύναν.

V. v. 3 In Cod. ſcriptum ἤδη, vnde ſaltem erat ἄδῃ faciendum. *Br.*

v. 8 χλαμύδι, ſic e Cod. Brunckius antea dederat: cum autem ipſe V. Cl. monuiſſet, χλανίδι eſſe legendum, id recepimus. Cf. Carm. IX, 1 et qui laudatur, Dorvill. ad Chariton. ad h. l. in Adnott.

VII.

Andragatho amaſio naui proficiſcenti, ſecundam nauigationem apprecatur, prodens ſuauiſſimos animi affectus.

Οὔριος ἐμπνεύσας ναύταις Νότος, ὦ δυσέρωτες,
ἥμισύ μευ ψυχᾶς ἅρπασεν Ανδράγαθον,
Τρὶς μάκαρες νᾶες, τρὶς δ' ὄλβια κύματα πόντου,
τετράκι δ' εὐδαίμων παιδοφορῶν ἄνεμος.
εἴθ' εἴην δελφὶς, ἵν' ἐμοῖς βαςακτὸς ἐπ' ὤμοις
πορθμευθεὶς ἐσίδῃ τὰν γλυκύπαιδα Ῥόδον.

VIII.

Antiochus puer, nouus amoris Deus, vel ipſius Veneris ſententia, ideoque, vt Amor, coiendus.

Αρνεῖται τὸν Ερωτα τεκεῖν ἡ Κύπρις ἰδοῦσα
ἄλλον ἐν ἠϊθέοις Ιμερον Αντίοχον.
ἀλλὰ νέοι ςέργοιτε νέον Πόθον· ἦ γὰρ ὁ κοῦρος
εὕρηται κρείσσων οὗτος Ερωτος Ερως.

IX.

Niſi ab externo ornatu et cultu, Antiochus pulcherrimus a Cupidine diſcerni non poteſt.

Εἰ χλανίδ' εἶχεν Ερως, καὶ μὴ πτερὰ, μηδ' ἐπὶ νώτων
τόξα τε καὶ φαρέτραν, ἀλλ' ἐφόρει πέτασον,
ναὶ μὰ τὸν ἁβρὸν ἔφηβον ἐπόμνυμαι, Αντίοχος μὲν
ἦν ἄρ' Ερως, ὁ δ' Ερως τοὔμπαλιν Αντίοχος.

IX. v. 1 Etiam hic, Brunckio et re ipſa poſtulante, reſcripſimus χλανίδ' pro χλαμύδ', vid. Carm. V. v. 8.

X.

Comparatur Antiochus Ganymedi. Poeta aeſtu aliquando vexatus, baſiis ab Antiocho raptis, ſitim excuſſit, et ſibi viſus eſt, itidem dulcia oſcula ab huius ore bibiſſe, qualia Iupiter a Ganymede.

Διψῶν ὡς ἐφίλησα θέρευς ἁπαλόχροα παῖδα
εἶπα τότ' αὐχμηρὰν δίψαν ἀποπροφυγών·
Ζεῦ πάτερ, ἆρα φίλημα τὸ νεκτάρεον Γανυμήδευς
πίνεις, καὶ τόδε σοι χείλεσιν οἰνοχοεῖ;
καὶ γὰρ ἐγὼ τὸν καλὸν ἐν ἠϊθέοισι φιλήσας
Ἀντίοχον, ψυχῆς ἡδὺ πέπωκα μέλι.

XI.

Εἰς ὡραῖόν τινα νέον, οὗ ὄνομα Πραξιτέλης.

Praxiteles, ille celeberrimus ſtatuarius, Amoris ſtatuam formauerat. Iam, cum alius eodem nomine, pulcherrimus puer, floreret, ludit in nomine Praxitelis poeta, et, vt olim, ait, Praxiteles Cupidinem, ſic nunc Cupido ſui ipſius imaginem effinxit, nempe hunc Praxitelem, amaſium puerum; eumque potentiae ſuae participem eſſe iuſſit. Tandem, cum Praxiteles Cous eſſet, Meleager hac de re Cois gratulatur.

Εἰκόνα μὲν Παρίην ζωογλύφος ἄνυσ' Ἔρωτος
Πραξιτέλης, Κύπριδος παῖδα τυπωσάμενος·
νῦν δ' ὁ θεῶν κάλλιστος Ἔρως ἔμψυχον ἄγαλμα,
αὐτὸν ἀπεικονίσας, ἔπλασε Πραξιτέλην·

XI. v. 4 In Codic. ſcriptum eſt: αὐτόματ' εἰκονίσας, (vt etiam Dorvill. l. c. edidit, v. not.) quod corruptum. Reponebat Salmaſ. αὐτὸν ἐπεικονίσας, vnde emendan-

ὄφρ' ὁ μὲν ἐν θνατοῖς, ὁ δ' ἐν αἰθέρι φίλτρα βραβεύῃ,
γᾶς θ' ἅμα καὶ μακάρων σκηπτροφορῶσι Πόθοι.
ὀλβίστη Μερόπων ἱερὰ πόλις, ἃ θεόπαιδα
καινὸν Ἔρωτα νέων θρέψεν ὑφαγεμόνα.

XII.

Praxiteles ille antiquus Cupidinem inanimem e lapide figurauit. Praxiteles puer ſcit formare viuum Amorem in pectoribus. Eiuſdem igitur nominis quidem eſt, at multo maior arte, illo ſtatuario. Praecatur itaque poeta, vt propitius ſuum pectus quoque fingat, vt ipſi templum quaſi Amoris eſſe poſſit.

Πραξιτέλης ὁ πάλαι ζωογλύφος ἁβρὸν ἄγαλμα
ἀψύχου μορφᾶς, κωφὸν ἔτευξε Πόθον,
πέτρον ἐνειδοφορῶν· ὁ δὲ νῦν ἔμψυχα μαγεύων
τὸν τριπανοῦργον Ἔρωτ' ἔπλασεν ἐν κραδίᾳ·
ἦ τάχα τοὔνομ' ἔχει ταὐτὸν μόνον, ἔργα δὲ κρέσσων,
οὐ λίθον, ἀλλὰ φρενῶν πνεῦμα μεθαρρυθμίσας.

di anſam cepi: αὐτὸν ἀπεκονίσας, *ſua ipſius expreſſa forma. Br.*

v. 5 Brunckius monuit ad h. v. βραβεύῃ eſſe e Cod. cum Dorvill. ad Char. βραβεύων dediſſet.

XII. v. 1, 2, 3 Ediderat Analectorum diligentiſſimus conditor olim ſic:

Πραξιτέλης ὁ πάλαι ζωογλύφος ἁβρὸν Ἔρωτα
ἄψυχον, μορφᾶς κωφὸν ἔτευξε τύπον
πέτρῳ ἐνὶ τρυφερῷ· —

Correxerat haec deinde ad calcem Emendatt. hoc modo vt nos dedimus. Πόθον, pro τύπον in pentam. quod Cod. habet, eſt a Bern. Moneta emendatio. Vid. praeterea notae ad h. l.

Digitized by Google

ἵλαος πλάσσοι τὸν ἐμὸν τρόπον, ὄφρα τυπώσας
ἐντὸς ἐμῆς ψυχῆς ναὸν Ἔρωτος ἔχῃ.

XIII.

Heraclitus oculorum pulchritudine, et Diodorus intimi animi feruore et affectu insignis vnumquemque perditissimo amore corrumpunt.

Σιγῶν Ἡράκλειτος ἐν ὄμμασι τοῦτ' ἔπος αὐδᾷ·
καὶ Ζηνὸς φλέξω πῦρ τὸ κεραυνοβόλον.
καὶ μὴν καὶ Διόδωρος ἐνὶ στέρνοις τόδε φωνεῖ·
καὶ πέτρον τήκω χρωτὶ χλιαινόμενον.
δύστανος παίδων ὃς ἐδέξατο, τοῦ μὲν ἀπ' ὄσσων
λαμπάδα, τοῦ δὲ πόθοις τυφόμενον γλυκὺ πῦρ.

XIV.

Charidamum puerum pulcherrimum quidem, at simul ita superbum, vt Ganymedis sortem exspectare videretur, etiamsi perditissime amaret, a coelo quidem et a Ioue vindicare negat; at hoc precatur, vt, quando illuc abiret, osculo saltem dato, ipsius lachrymas documentum amoris secum auferat. Caetera se Ioui concessurum, ipsumque breui secuturum promittit.

Οὐκ ἐθέλω Χαρίδαμον, ὁ γὰρ καλὸς εἰς Δία λεύσσει,
ὡς ἤδη νέκταρ τῷ θεῷ οἰνοχοῶν.
οὐκ ἐθέλω, τί δ' ἐμοὶ τὸν ἐπουρανίων βασιλῆα
ἄνταθλον νίκης τῆς ἐν ἔρωτι λαβεῖν;
αἱροῦμαι τόδε μοῦνον· ὁ παῖς ἀνιὼν ἐς Ὄλυμπον,
ἐκ γῆς νίπτρα ποδῶν δάκρυα τἀμὰ λάβοι,

μναμόσυνον ϛοργᾶς· γλυκὺ δ᾽ ὄμμασι νευμα διΰγρον
δοίη, καὶ τι φίλημ᾽ ἀρπάσαι ἀκροθιγές.
τἄλλα δὲ πάντ᾽ ἐχέτω Ζεὺς, ὡς θέμις· εἰ δὲ θελήσοι,
ἦ τάχα πȣ κἠγὼ γεύσομαι ἀμβροσίας.

XV.

Heraclitum, puerum delicatum, et poeta et Damis nefcio quis amabant. Vterque forte ante fores fuperbi pueri totam noctem perdurauerat, ea vterque quidem mente, vt alter prae altero exaudiretur. Et poeta quidem ab aemulo valde metuebat, ne is fibi palmam eriperet. Iam igitur, cum diluculum noctis tenebras difcuteret, nec ille voti fui compos factus effet, eft poetae ὄρθρος, γλυκύς; at ipfe itidem neglectus ab Heraclito, cum in malis homines infelices facile foleant fe confociare, eoque malum leuius fibi efficere fperent, nunc miferam Damidis fortem vehementer dolet, ipfumque a ianuae limen furgere iubet. — Sic rem mihi quidem fingo. Forte et aliam hoc carmen interpretationem admittit; at, cum nec occafionem propiorem nec finem et caufam epigrammatis fciamus, et ab hac parte ab omnibus fere fubfidiis deftituti fimus, quis in hac vel illa finguli epigrammatis interpretatione enucleet, quae vera fint, quae non? praefertim cum non alius carminum generis interpretatio magis dependeat a fcientia et cognitione fingularis alicuius occafionis, etc. ad

quam scripta sint, quam interpretatio epigrammatum.

Ἤδη μὲν γλυκὺς ὄρθρος· ὁ δ' ἐν προθύροισιν ἄϋπνος
Δᾶμις ἀποψύχει πνεῦμα τὸ λειφθὲν ἔτι,
σχέτλιος Ἡράκλειτον ἰδών· ἔστη γὰρ ὑπ' αὐγὰς
ὀφθαλμῶν, βληθεὶς κηρὸς ἐς ἀνθρακίην.
Ἀλλά μοι ἔγρεο Δᾶμι δυσάμμορε. κἀυτὸς Ἔρωτος
ἕλκος ἔχων ἐπὶ σοῖς δάκρυσι δακρυχέω.

XVI.

Ad Cleobulum amasium, vt, si nimio in eum amore poeta vitam finiret, eum sepelire, et sepulchrum epitaphio ornare velit.

Ην τι πάθω, Κλεόβουλε, (τὸ γὰρ πλέον ἐν πυρὶ παίδων
βαλλόμενος κεῖμαι λείψανον ἐν σποδίῃ·)
λίσσομαι, ἀκρήτω μέθυσον, πρὶν ὑπὸ χθόνα θέσθαι,
κάλπιν, ἐπιγράψας· Δῶρον Ερως Ἀίδῃ.

XVII.

Cupidinem non facile a Zoilo puero dignoscas, nisi Deus ille ornatu et armis insignis esset.

Ει μὴ τόξον Ερως, μηδὲ πτερὰ, μηδὲ φαρέτραν,
μηδὲ πυριβλήτους ἔχε Πόθων ἀκίδας,
οὐκ, αὐτὸν τὸν πτανὸν ἐπόμνυμαι, οὔποτ' ἂν ἔγνως
ἐκ μορφᾶς, τίς ἔφυ Ζωΐλος, ἢ τίς Ερως.

XVII. 2 πυριβλήτους, quod pro: περιβλήτους Brunck. praeferendum censebat, lubentissime recepi, v. not.

XVIII.

Se ardentiſſimo in Dionyſium puerum amoris igne vexari, ait, ideoque omnes invenuſtos aduocat, vt aquam frigidam ferant, et flammam extinguant, ne plane conſumatur.

Ψυχροπόται δυσέρωτες, ὅσοι φλόγα τὴν φιλόπαιδα
οἴδατε, τȣ̃ πικρȣ̃ γευσάμενοι μέλιτος,
ψυχρὸν ὕδωρ αἶψα, ψυχρὸν, φίλοι, ἄρτι τακείσης
ἐκ χιόνος τῇ ᾿μῇ χεῖτε περὶ κραδίῃ·
ἦ γὰρ ἰδεῖν ἔτλην Διονύσιον, ἀλλ᾽ ὁμόδȣλοι,
πρὶν ψαῦσαι, σπλάγχνων πῦρ ἀπ᾽ ἐμῶν σβέσατε.

XVIII. v. 3, 5 et 6 antea ſic legebantur in Analect.:

ψυχρὸν ὕδωρ νίψαι, ψυχρὸν, τάχος, ἄρτι τικείσης
ἐκ χιόνος τῇ ᾿μῇ χεῖτε περὶ κραδίῃ
καὶ γὰρ ἰδεῖν ἔτλην Διονύσιον. ἀλλ᾽ ὁμόδȣλοι,
πρὶν ψαῦσαι σπλάγχνων, πῦρ ἀπ ἐμεῦ σβέσατε.

nos, monente Brunckio, ſic correximus, vt eſt in textu. Idem Vir Ill. porro haec addidit: „v. 3 pro „corrupto νίψαι, conieceram λίτομαι. A priſtinae le„ctionis veſtigiis minus recedit, illamque vere reuo„cat Buherii emendatio αἶψα, vnde palam eſt vlcus „etiam eſſe in τάχος. Idem Vir ampliſſimus Bern. „Monetae coniecturam probat: ψυχρὸν τ᾽ ἄκος. Sed „hoc ipſa niue frigidius mihi videtur, et valde κακό„φωνον. — v. 5 in Cod. ἁ γὰρ, male pro ἦ γάρ. Vlti„mus verſus praua lectione et interpunctione labora„bat. In prima carminis voce Cod. ſcriptura vitioſa „eſt; ibi enim legitur: ψυχαπάται, quod, licet a to„tius ſententia alienum, tuebatur tamen Bern. Mo„neta. “

XIX.

Poetam in terram aliquam naui profectum, hac statim illaqueat Amor. Is enim, formam pulcherrimi pueri referens, eum plane inflammat. E maris vnda igitur seruatus, multo maiore periculo, iam per fluctus amoris fertur.

Ὤνθρωποι βωθεῖτε. Τὸν ἐκ πελάγους ἐπὶ γαῖαν
ἄρτι με πρωτόπλουν ἴχνος ἐρειδόμενον
ἕλκει τῇδ' ὁ βίαιος Ἔρως· φλόγα δ' οἷα προφαίνων
παιδὸς ἀπαστράπτει κάλλος ἐραστὸν ἰδεῖν.
Βαίνω δ' ἴχνος ἐπ' ἴχνος, ἐν ἀέρι δ' ἡδὺ τυπωθὲν
εἶδος ἀφαρπάζων χείλεσιν ἡδυφιλῶ,
ἆρά γε τὴν πικρὰν προφυγὼν ἅλα, πουλύ τι κείνης
πικρότερον χέρσῳ κῦμα περῶ Κύπριδος.

XX.

Fere eiusdem cum antecedenti argumenti. In terra aliqua peregrina ardenti statim in puerum quendam amore percellitur; rogat igitur hospites comessabundos, vt eum tueantur, et excipiant, non vino grauatum, sed igne amoris vehementer correptum.

Οἰνοπόται δέξασθε τὸν ἐκ πελάγευς ἅμα πόντον
καὶ κλῶπας προφυγόντ', ἐν χθονὶ δ' ὀλλύμενον.
ἄρτι γὰρ ἐκ νηός με μόνον πόδα θέντ' ἐπὶ γαῖαν
ἀγρεύσας ἕλκει τῇδ' ὁ βίαιος Ἔρως,
ἐνθάδ' ὅπου τὸν παῖδα διαστείχοντ' ἐνόησα.
Αὐτόματος δ' ἥκων ποσσὶ ταχὺς φέρομαι.

XX. v. 6 E Cod. a Brunck. editum erat: αὐτόματος δ' ἄκων; at cum sibi repugnantia et contraria sint: αὐτόματος, et ἄκων, Buherii emendationem recepimus, vt est in textu.

Κωμάζω δ᾽ οὐκ οἶνον ὑπὸ φρένα, πῦρ δὲ γεμισθείς.
Ἀλλὰ, φίλοι, ξείνῳ βαιὸν ἐπαρκέσατε,
ἀρκέσατε, ξεῖνοι, κἀμὲ Ξενίου πρὸς Ἔρωτος
δέξασθ᾽ ὀλλύμενον τὸν φιλίας ἱκέτην.

XXI.

Ad Theoclem, amasium, et quidem peregrinum, cum ipse poeta iam in hac peregrina terra degeret. Vna vice, ait poeta, se beato amore a Theocle exceptum esse. His amoris deliciis perpetuitatem valde se quidem expetere, at moerore affici, cum videat, illum nulla re molliri: iterat denique preces, additque, se ipsum vt Deum venerari.

Σοί με Πόθων δέσποινα θεὴ πόρε, σοί με, Θεόκλεις,
ἁβροπέδιλος Ἔρως γυμνὸν ὑπεστόρεσεν,
ξεῖνον ἐπὶ ξείνης, δαμάσας ἀλύτοισι χαλινοῖς·
ἱμείρω δὲ τυχεῖν ἀκλινέος φιλίας.
Ἀλλὰ σὺ τὸν στέργοντ᾽ ἀπαναίνεαι, οὐδέ σε θέλγει
οὐ χρόνος, οὐ ξυνῆς σύμβολα σωφροσύνης,
ἵλαθ᾽, ἄναξ, ἵλαθι· σὲ γὰρ θεὸν ὤρισε Δαίμων·
ἐν σοὶ καὶ ζωῆς πείρατα καὶ θανάτου.

XXII.

Vt Polyxenidem a superbia deterreat, exemplo Heracliti olim pulcherrimi pueri, ostendit, iuuentae flos quam sit ille caducus.

Ἦν καλὸς Ἡράκλειτος, ὅτ᾽ ἦν ποτέ· νῦν δὲ παρ᾽ ἥβην
κηρύσσει πόλεμον δέρρις ὀπισθοβάταις.

Ἀλλά, Πολυξενίδη, τάδ' ὁρῶν, μὴ γαῦρα φρυάσσου.
Ἔστι καὶ ἐν γλουτοῖς φυομένη Νέμεσις.

XXIII.

Gratiarum concilio et choro dignus est Aristagoras. Eum fugere me oportet, ait poeta, quippe potentior vibrat ab oculis fulmina, quam Iupiter ab Olympo.

Ὦ Χάριτες, τὸν καλὸν Ἀρισταγόρην ἐσιδοῦσαι,
ἀντίον εἰς τρυφερὰς ἠγκαλίσασθε χέρας,
οὕνεκα καὶ μορφᾷ βάλλει φλόγα, καὶ γλυκομυθεῖ
καίρια, καὶ σιγῶν ὄμμασι τερπνὰ λαλεῖ.
τηλόθι μοι πλάζοιτο. τί δὲ πλέον; ὡς ἀπ' Ὀλύμπου
Ζεύς, νέον οἶδεν ὁ παῖς μακρὰ κεραυνοβολεῖν.

XXIV.

In somnio videbatur poeta fouere pulcherrimum puerum, et ex eo tempore hoc somnium semper ipsi ante oculos erat, eumque curis vehementissimis vexabat. Alloquitur itaque sui ipsius animum, vt abire iubeat eiusmodi phantasmata.

Ἡδύ τι μοι διὰ νυκτὸς ἐνύπνιον, ἁβρὰ γελῶντα
ὀκτωκαιδεκέτη παῖδα μετ' ἀγκαλίσιν
ἤγαγ' Ἔρως ὑπὸ χλαῖναν. ἐγὼ δ' ἁπαλῷ περὶ χρωτὶ
στέρνα βαλὼν κενεὰς ἐλπίδας ἐτρεφόμαν.
καὶ μὲν νῦν θάλπει μνήμην πόθος· ὄμμασι δ' ὕπνον
ἀγρευτὴν πτηνοῦ φάσματος αἰὲν ἔχω.
Ὦ δύσερως ψυχή, παῦσαί ποτε καὶ δι' ὀνείρων
εἰδώλοις κάλλευς κωφὰ χλιαινομένη.

Digitized by Google

XXV.

Ratio defcribitur, qua Cupido in poeta amorem erga Diophantum puerum excitauerit.

Ηρκλαί μεν κραδίας ψαύειν πόνος· ἤ γὰρ ἀλύων
ἀκρονυχὶ ταύταν ἔκνισ' ὁ θερμὸς Ἔρως.
εἶπε δὲ μειδήσας· ἕξεις ταχὺ τὸ γλυκὺ κρᾶμα,
ὦ δύσερως, λάβρῳ πιόμενος μέλιτι.
ἐξ οὗ δὴ νέον ἔρνος ἐν ἠϊθέοις Διόφαντον
λεύσσων, οὔτε φυγεῖν, οὔτε μένειν δύναμαι.

XXVI.

Aeftus erat, et vidit poeta Alexin. Extemplo duplici flamma incalefcit; et cum hanc nox extingueret, illa fomno augetur et crefcit.

Ἐνόδιος στείχων τὸ μεσαμβρινὸν εἶδον Ἀλεξιν,
ἀρτικόμαν καρπὸν κειρομένου θέρεος.
διπλαῖ δ' ἀκτῖνές με κατέφλεγον· αἱ μὲν Ἔρωτος,
παιδὸς ἀπ' ὀφθαλμῶν, αἱ δὲ παρ' ἠελίου.
ἀλλ' ἃς μὲν νὺξ αὖθις ἐκοίμισεν· ἃς δ' ἐν ὀνείροις
εἴδωλον μορφῆς μᾶλλον ἀνεφλόγισεν.
λυσίπονος δ' ἑτέροις ἐπ' ἐμοὶ πόνον ὕπνος ἔτευξεν,
ἔμπνουν πῦρ, ψυχῇ κάλλος ἀπεικονίσας.

XXVII.

Nec Daphnis Pani amatus, nec Hyacinthus Apollinis deliciae amplius celebrandi funt, fed Dion folus.

Αἰπολικαὶ σύριγγες ἐν οὔρεσι μηκέτι Δάφνιν
φωνεῖτ', αἰγιβάτῃ Πανὶ χαριζόμεναι.
μηδὲ σὺ τὸν στεφθέντα λύρῃ Φοῖβοιο, προφῆτι
Δάφνῃ παρθενίῃ, μέλφ' Ὑάκινθον ἔτι.

ἦν γὰρ ὅτ' ἦν Δάφνις μὲν ἐν οὔρεσιν, ἡδ' Ὑάκινθος
τερπνός· νῦν δὲ Πόθων σκῆπτρα Δίων ἐχέτω.

XXVIII.

Cupido grauius, quam hactenus fecisset, vrgere eum et cruciare posse, negat poeta.

Κεῖμαι. λὰξ ἐπίβαινε κατ' αὐχένος, ἄγριε Δαῖμον.
οἶδά σε, ναὶ μὰ θεοὺς, καὶ βαρὺν ὄντα φέρειν.
οἶδα καὶ ἔμπυρα τόξα. βαλὼν δ' ἐπ' ἐμὴν φρένα πυρσοὺς,
οὐ φλέξεις ἤδη· πᾶσα γάρ ἐστι τέφρη.

XXIX.

In pelago omnis generis puerorum se, praesidio Deorum amoris, nauigare ait.

Κύπρις ἐμοὶ ναύκληρος, Ἔρως δ' οἴακα φυλάσσει
ἄκρον ἔχων ψυχῆς ἐν χερὶ πηδάλιον.
κυμαίνει δ' ὁ βαρὺ πνεύσας Πόθος, οὕνεκα δὴ νῦν
παμφύλῳ παίδων νήχομαι ἐν πελάγει.

XXX.

Si pulcher amet pulchrum puerum, id quidem omnium iucundissimum esse ait.

Ἡδὺ μὲν ἀκρήτῳ κεράσαι γλυκὺ νᾶμα μελισσῶν,
ἡδὺ δὲ παιδοφιλεῖν καὐτὸν ἐόντα καλόν,

XXVII. v. 5 Sic correximus, Brunckio monente, pro: οὔρεσι, σοὶ δ' Ὑακ. τὸ σοὶ enim non habet, quo referatur.

XXIX. v. 4 παμφύλῳ minori charactere expressimus; rationem v. in Not.

οἷα τὸν ἀβροκόμην στέργει Κλεύβουλον Ἄλεξις·
ὄντως εὔκρατον Κύπριδος οἰνόμελι.

XXXI.

Duos pueros amat poeta, alterum quidem flavum, alterum nigricantem.

Λευκανθὴς Κλεόβουλος· ὁ δ' ἀντία τοῦδε μελίχρους
Σώπολις, οἱ δισσοὶ Κύπριδος ἀνθοφόροι.
τοὔνεκά μοι παίδων ἕπεται πόθος· οἱ γὰρ Ἔρωτες
ἐκ λευκοῦ πλέξαι φασί με καὶ μέλανος.

XXXII.

Cupidinem orat, vt amorem in Heliodorum puerum vehementiſſimum reprimere velit, addita cauſa, ſi quidem eum iſti ignes necarent, ipſe Cupido caedis reus diceretur.

Αἴσσομ', Ἔρως, τὸν ἄγρυπνον ἐμοὶ πόθον Ἡλιοδώρου
κοίμισον, αἰδεσθεὶς Μοῦσαν ἐμὰν ἱκέτιν.

XXXI. Mutilum videtur hoc carmen; vnum ſaltem in medio diſtichon deeſt. — In Cod. ſcriptum v. vltim. πλέξαι ἐκ λευκοῦ φασὶ — correctum in margine ἢ γὰρ ἔρωτας ἐκ λευκοῦ πλέξαι. Nihil hic decreuerim, quum vix ſenſus aliquis ex his reliquiis erui poſſit. *Br.*

XXXII. Sub Poſidippi nomine extat hoc epigr. in Planudea edit. Wechel. pag. 587, monachus puerum in puellam transformauit. Parui refert noſſe, vtrum horum poetarum auctorem habeat. Sed Poſidippo magis tribuerim, ob illius Epigramma X. quod vide *Br.* Analect. T. II. p. 48. Eſt autem epigramma Poſidippi hoc:

Ναννοῦς καὶ Λύδης ἐπίχει δύο, καὶ φέρ' ἐραστῶν,
Μιμνέρμου, καὶ τοῦ σώφρονος Ἀντιμάχου·
συγκέρασον τὸν πέμπτον ἐμοῦ· τὸν δ' ἕκτον ἑαυτοῦ,
Ἡλιόδωρ', εἴπας ὅστις ἐρῶν ἔτυχεν·

καὶ γὰρ δὴ τὰ σὰ τόξα, τὰ μὴ δεδιδαγμένα
βάλλειν
ἄλλον, ἀεὶ δ' ἐπ' ἐμοὶ πτηνὰ χέοντα βέλη,
εἰ κέν ἐμὲ κτείνῃς, λείψω φωνεῦντ' ἐπὶ τύμβῳ
γράμματ'· Ἔρωτος ὅρα ξεῖνε μιαιφονίην.

XXXIII.

Fulgentem Theronis pulchritudinem laudat.

Ἣν ἐσίδω Θήρωνα, τὰ πάνθ' ὁρῶ· ἢν δὲ τὰ πάντα
βλέψω, τὸν δέ γε μὴ, τἄμπαλιν οὐδὲν ὁρῶ.

XXXIV.

Scriptum eſt carmen in diſputatione cum animo ſuo. Hic enim ſatis audacter pronuntiaſſe inducitur, Theronis pulchritudinem, quae cum Iouis potenti fulmine comparatur, ſe aeque deſpicere ac Iouis ipſius fulmen; quam audaciam animo exprobrat, et exemplo Niobis oſtendit, ita ſentire, periculoſiſſimum eſſe.

Ἐφθέγξω, ναὶ Κύπριν, ἃ μὴ θέμις, ὦ μέγα
τολμᾶν
θυμὲ μαθών· Θήρων σοὶ καλὸς οὐκ ἐφάνη·
σοὶ καλὸς οὐκ ἐφάνη Θήρων. ἀλλ' αὐτὸς ὑπέστης,
οὐδὲ Διὸς πτήξας πῦρ τὸ κεραυνοβόλον.
τοίγαρ, ἰδοὺ, τὴν πρόσθε λάλον προὔθηκεν ἰδέσθαι
δεῖγμα θρασυστομίης ἡ βαρύφρων Νέμεσις.

ἕβδομον Ἡσιόδου, τὸν δ' ὄγδοον αἰπὸν Ὁμήρου,
τὸν δ' ἔνατον Μουσῶν, Μνημοσύνης δέκατον,
μεστὸν ὑπὲρ χείλους πίομαι, Κύπρι. τἄλλα δ' Ἔρωτες
νήφοντ' οἰνωθέντ' οὐχὶ λίην ἄχαριν.

XXXV.

Myiscus omnium puerorum, qui in vrbe Tyri florent, pulcherrimus.

Αβροὺς, ναὶ τὸν Ερωτα, τρέφει Τύρος· ἀλλὰ Μυΐσκος
ἔσβεσεν ἐκλάμψας ἀστέρας ἠέλιος.

XXXVI.

Antea ab amore alienum, Myisci ad amorem Cupido pellexit.

Ηγρεύθην καὶ πρόσθεν ἐγώ ποτε τοῖς δυσέρωσι
κώμοις ἠϊθέων πολλάκις ἐγγελάσας,
καί μ' ἐπὶ σοῖς ὁ πλανὸς Ερως προθύροισι, Μυΐσκε,
στῆσεν ἐπιγράψας· Σκῦλ' ἀπὸ σωφροσύνης.

XXXVII.

Eiusdem argumenti, vt antecedens. Myiscus poetam, cum antea morosus philosophus esset, nunc ad ipsum amandum impulit; nec mirum cum Iouem quoque ad amorem Cupido soleat adigere.

Τόν με Πόθοις ἄτρωτον ὑπὸ στέρνοισι Μυΐσκος
ὄμμασι τοξεύσας, τοῦτ' ἐβόησεν ἔπος·
Τὸν θρασὺν εἷλον ἐγώ· τὸ δ' ἐπ' ὀφρύσι κεῖνο φρύαγμα
σκηπτροφόρου σοφίας, ἠνίδε ποσσὶ πατῶ.
τῷ δ', ὅσον ἀμπνεύσας, τόδ' ἔφην· Φίλε κοῦρε, τί θάμβος;
καὐτὸν ἀπ' Οὐλύμπου Ζῆνα καθεῖλεν Ερως.

Digitized by Google

XXXVIII.

Circumfunditur fulgore aliquo pulchri pueri. Videt Myiſcum, et iam precatur, vt ipſi propitius eſſe velit. — v. not.

Ηςραψε γλυκὺ κάλλος· ἰδὲ φλόγας ὄμμασι βάλλει.
ἆρα κεραυνομάχαν παῖδ' ἀνέδειξεν Ἔρως;
χαῖρε Πόθων ἀκτῖνα φέρων θνατοῖσι, Μυΐσκε,
καὶ λάμποις ἐπὶ γᾷ πυρσὸς ἐμοὶ φίλιος.

XXXIX.

Quando Myiſcum video, ait, niſi fallunt oculi, pulcherrima quaeque videre videor.

Ἓν καλὸν οἶδα τὸ πᾶν. ἓν ἐμοὶ μόνον οἶδε τὸ λίχνον
ὄμμα, Μυΐσκον ὁρᾶν· τἄλλα δὲ τυφλὸς ἐγώ.
πάντα δ' ἐκεῖνος ἐμοὶ φαντάζεται. ἆρ' ἐσορῶσιν
ὀφθαλμοὶ ψυχῆς πρὸς χάριν, οἱ κόλακες;

XL.

Myiſci cum Ganymede comparatio: quem, ne Iupiter, vt illum, rapiat, ſe curioſe ſeruare debere, ait, et obtegere.

Εἰ Ζεὺς κεῖνος ἔτ' ἐςὶν, ὁ δὴ Γανυμήδεος ἀκμὴν
ἁρπάξας, ἵν' ἔχοι νέκταρος οἰνοχόον,
κἠμοὶ τὸν καλόν ἐςιν ὑπὸ σπλάγχνοισι Μυΐσκον
κρύπτειν, μή με λάθῃ, παιδὶ βαλὼν πτέρυγας.

XL. v. 1 ὁ δὴ, antea erat: ὁ καὶ; at illud καὶ ab imperito librario erat. Scripſimus igitur cum Brunckio Doctiſſ. ὁ δὴ Γ. α. α. ἵν' ἔχοι, *is ſcilicet, qui Ganymedem rapuit, vt haberet.*

XLI.

Si vel Iupiter mihi Myifcum rapiat, ipfi me Deo opponerem; at ille non aemulum mihi fore promifit. Nefcio tamen quo pacto, tamen femper raptorem Iouem metuo.

Στήσομ᾽ ἐγὼ καὶ Ζηνὸς ἐναντίον, εἴ σε, Μυΐσκε,
ἁρπάζειν ἐθέλοι νέκταρος οἰνοχόον.
καίτοι πολλάκις αὐτὸς ἐμοὶ τάδ᾽ ἔλεξε· Τί ταρβεῖς;
ἔ σε βαλῶ ζήλοις· οἶδα παθὼν ἐλεεῖν.
χὼ μὲν δὴ τάδε φησίν· ἐγὼ δ᾽, ἢν μυῖα παραπτῇ,
ταρβῶ, μὴ ψευστὴς Ζεὺς ἐπ᾽ ἐμοὶ γέγονεν.

XLII.

Amorem nudatum armis fingit et triftem. Caufam putat effe in Myifcum eum amorem concepiffe; iamque, inquit, difcere, quam acerba olim patraffet.

Τί κλαίεις, φρενοληστά, τί δ᾽ ἄγρια τόξα καὶ ἰοὺς
ἔῤῥιψας, διφυῆ ταρσὸν ἀνεὶς πτερύγων;
ἦ ῥά γε καὶ σε Μυΐσκος ὁ δύσμαχος ὄμμασιν αἴθει;
ὡς μόλις, οἷ᾽ ἔδρας πρόσθε, παθὼν ἔμαθες.

XLIII.

Myifcum amo, ait, quando facilis et lafciuus; cum moleftum autem et acerbum fe praebeat, Amor mifcet dulci acerbum quid, eoque amorem fuauiorem reddit.

Digitized by Google

Ἡδὺς ὁ παῖς καὶ τοὔνομ' ἐμοὶ γλυκύς ἐστι Μυΐσκος
καὶ χαρίεις, ἵν' ἔχω μὴ οὐχὶ φιλεῖν πρόφασιν.
καλὸς γὰρ, ναὶ Κύπριν, ὅλος καλός· εἰ δ' ἀνιηρὸς,
οἶδε τὸ πικρὸν Ἔρως συγκεράσαι μέλιτι.

XLIV.

In Myiſco omnem vitae ſpem ſitam eſſe, ait. Qui ſi triſtis et moroſus ſit, ſe nubila timere, ſi ſerena fronte, ridere dulce ver.

Ἐν σοὶ τἀμὰ, Μυΐσκε, βίου πρυμνήσι' ἀνῆπται·
ἐν σοὶ καὶ ψυχῆς πνεῦμα τὸ λειφθὲν ἔτι:
ναὶ γὰρ δὴ τὰ σὰ, κοῦρε, τὰ καὶ κωφοῖσι λαλεῦντα
ὄμματα, ναὶ μὰ τὸ σὸν φαιδρὸν ἐπισκύνιον,
ἤν μοι συννεφὲς ὄμμα βάλῃς ποτὲ, χεῖμα δέδορκα·
ἢν δ' ἱλαρὸν βλέψῃς, ἡδὺ τέθηλεν ἔαρ.

XLV.

Comiſſabundus et vehementiſſimo amore correptus ad Myiſcum fertur, et excipi ab eo precatur.

Χειμέριον μὲν πνεῦμα. φέρει δ' ἐπί σοί με, Μυΐσκε,
ἁρπαστὸν κώμοις ὁ γλυκύδακρυς Ἔρως.
κυμαίνει δὲ βαρὺ πνεύσας Πόθος. ἀλλά μ' ἐς ὅρμον
δέξαι, τὸν ναύτην Κύπριδος ἐν πελάγει.

XLIII. v. 3 εἰ δ' ἀνιηρὸς, Cod. lectionem recepimus, cum Brunckius antea dediſſet: ἢν δ' ἀνιηρός.

XLVI.

Ad Philoclem. Concedit ipſi omnium puerorum amores; Myiſcum modo ne amare velit, monet.

Τερπνὸς μὲν Διόδωρος, ἐν ὄμμασι δ' Ἡράκλειτος,
ἡδυεπὴς δὲ Δίων, ὀσφύϊ δ' Οὐδιάδης.
ἀλλὰ σὺ μὲν ψαύοις ἁπαλόχροος, ὦ δὲ, Φιλοκλεῖς,
ἔμβλεπε, τῷ δὲ λάλει, τὸν δὲ .... τὸ λειπόμενον.
ὡς γνῷς, οἷος ἐμὸς νοῦς ἄφθονος· ἢν δὲ Μυΐσκῳ
λίχνος ἐνιβλέψῃς, μηκέτ' ἴδοις τὸ καλόν.

XLVII.

Εἰς Δάφνιν τελευτήσαντα Θρῆνος Πανός.

Οὐκέθ' ὁμοῦ χιμάροισιν ἔχειν βίον, οὐκέτι ναίειν
ὁ τραγόπους ἐθέλω Πὰν ὀρέων κορυφάς.
τί γλυκύ μοι, τί ποθεινὸν ἐν οὔρεσιν; ὤλετο Δάφνις,
Δάφνις ὃς ἡμετέρῃ πῦρ ἔτεκε κραδίῃ.
ἄστυ τόδ' οἰκήσω· θηρῶν δέ τις ἄλλος ἐπ' ἄγρην
στελλέσθω· τὰ πάροιθ' οὐκέτι Πανὶ φίλα.

XLVIII.

Οὔ μοι παιδομανὴς κραδία. τί δὲ τερπνὸν ἐρῶντι
ἀνδροβατεῖν, εἰ μὴ δοὺς τι λαβεῖν ἐθέλοι;

XLVI. v. 3, 4 ὦδε Φιλοκλεις, ἔμβλ. Sic excuſa erant antea; male! Br. Vir egregius ſic correxit, vt nos reſcripſimus. Senſus eſt: *cui tenera cutis, illum palpa, hunc intuere, alterum alloquere.*

XLVIII. Lemma praefixum in Cod. ἀποτρεπτικὸν παιδοφθορίας. v. 1 pro ἐρῶντι Cod. habet ἐρῶντες. Alterum

ἁ χεὶρ γὰρ τὰν χεῖρα καλαμεύειν παρὰ κοίταις
ἐιν — παρ ἄρσην ἀρσενικαῖς λαβίτιν.

XLIX.

Ab amore in pueros, ait, ſe declinare in amorem puellarum.

Οὐκέτι μοι Θήρων γράφεται καλός· οὐδὲ πυραυγὴς
πρίν ποτε, νῦν δ' ἤδη δαλός, Ἀπολλόδοτος,
στέργω θῆλυν ἔρωτα. δασυτρώγλων δὲ πίεσμα
λασταύρων μελέτω ποιμέσιν αἰγοβάταις.

L.

Amoris indoles et natura deriuatur e parentibus, quibus ortus ille perhibetur.

Τί ξένον, εἰ βροτολοιγὸς Ἔρως τὰ πυρίπνοα τόξα
βάλλει, καὶ λαμυροῖς ὄμμασι πικρὰ γελᾷ;
οὐ μάτηρ στέργει μὲν Ἄρη, γαμέτις δὲ τέτυκται
Ἀφαίστου, κοινὰ καὶ πυρὶ καὶ ξίφεσιν,
ματρὸς δ' οὐ μάτηρ ἀνέμων μάστιξι θάλασσα
τραχὺ βοᾷ, γενέτας οὔτε τις, οὔτε τινός.
τοὔνεκεν Ἀφαίστου μὲν ἔχει φλόγα, κύμασι δ' ὀργὰν
στέρξεν ἴσαν, Ἄρεος δ' αἱματόφυρτα βέλη.

LI.

Potentia Amoris, doloſa malignitas, et omnino eius natura declaratur.

diſtichon valde corruptum, cui reſtituendo abſque meliori codice impar ſum. *Br.*

Δεινὸς Ἔρως, δεινός· τί δὲ τὸ πλέον, ἢν πάλιν εἴπω,
καὶ πάλιν, οἰμώζων πολλάκι, δεινὸς Ἔρως,
ἡ γὰρ ὁ παῖς τούτοισι γελᾷ, καὶ πυκνὰ κακισθεὶς
ἥδεται· ἢν δ' εἴπω λοίδορα, καὶ τρέφεται.
Θαῦμα δ' ἐμοί, πῶς ἆρα διὰ γλαυκοῖο φανεῖσα
κύματος, ἐξ ὑγροῦ, Κύπρι, σὺ πῦρ τέτοκας.

LII.

Minatur Cupidini ob nequitiam varia ſupplicia; at, cum omnia caute perſpexiſſet, nec ſibi vtilitati haec fore animaduertiſſet, eum liberum, ait, velle demittere.

Ναὶ τὰν Κύπριν, Ἔρως, φλέξω τὰ σὰ, πάντα πυρώσας,
τόξα τε, καὶ Σκυθικὴν ἰοδόκον φαρέτρην.
φλέξω ναί. τί μάταια γελᾷς, καὶ σιμὰ σεσηρὼς
μυχθίζεις; τάχα που σαρδάνιον γελάσεις.
Ἦ γάρ σευ τὰ ποδηγὰ Πόθων ὠκύπτερα κόψας,
χαλκόδετον σφίγξω σοῖς περὶ ποσσὶ πέδην.
καίτοι Καδμεῖον κράτος οἴσομεν, εἴ σε πάροικον
ψυχῇ συζεύξω, θῆρα παρ' αἰπολίοις.
Ἀλλ' ἴθι δυσνίκητε, λαβὼν δ' ἐπὶ κοῦφα πέδιλα
ἐκπέτασον ταχινὰς εἰς ἑτέρους πτέρυγας.

LIII.

Vehementiſſimo amore vexatus, incuſat Cupidines, interdum plane non aduolare; interdum

LII. v. 9. λαβὼν δ' ἐπὶ. Tò ἐπὶ h. l. mihi ſuſpectum eſt, cum non commodam ſatis interpretationem inueniat. Coniiciebam, ἔτι, *praeterea*.

autem, cum satis multi aduolassent, **hos** nullo modo reditum parare.

Αἰεί μοι δύνει μὲν ἐν οὔασιν ἦχος Ἔρωτος,
ὄμμα δὲ σιγὰ πόθοις τὸ γλυκὺ δάκρυ φέρει.
οὐδ᾽ ἡ νύξ, οὐ φέγγος ἐκοίμισεν, ἀλλ᾽ ὑπὸ φίλτρων
ἤδη που κραδίᾳ γνωστὸς ἔνεστι τύπος.
ὦ πτανοί, μὴ καί ποτ᾽ ἐφίπτασθαι μὲν, Ἔρωτες,
οἴδατ᾽, ἀποπτῆναι δ᾽ οὐδ᾽ ὅσον ἰσχύετε.

LIV.

Trium puellarum amore incensus, has Gratiis et Horis comparat, crudelitatem Cupidinis simul tangens, qui ipsi tot vulnera vno temporis momento inflixerit.

Τρισσαὶ μὲν Χάριτες, τρεῖς δὲ γλυκυπάρθενοι Ὧραι·
τρεῖς δ᾽ ἐμὲ θηλυμανεῖς οἰστροβολοῦσι πόθοι.
ἦ γὰρ Ἔρως τρία τόξα κατείρυσεν, ὡς ἄρα μέλλων
οὐχὶ μίαν τρώσειν, τρεῖς δ᾽ ἐν ἐμοὶ κραδίας;

LV.

Disputatio cum animo suo, ne vulnus amoris vix sanum recrudescere faciat: quod si ita faceret, grauius Amor infligeret.

Ψυχὴ δυσδάκρυτε, τί σοι τὸ πεπανθὲν Ἔρωτος
τραῦμα διὰ σπλάγχνων αὖτις ἀναφλέγεται;
μή, μή, πρός σε Διός, μή, πρὸς Διός, ὦ φιλάβουλε,
κινήσῃς τέφρῃ πῦρ ὑποθαλπόμενον.

LV. v. 3 Φιλ᾽ ἄβουλε, Dorvill. ad Charit. L. II. 7, sed vid. ad epigr. LXIV. v. 3.
v. 4 ὑπολαμπόμενον. at πῦρ ὑποθαλπ. etiam supra occurrebat, v. Epigr. IV. 4.

αὐτίκα γὰρ, λήθαργε κακῶν, πάλιν εἴ σε φυγῦσαν
λήψετ' Ερως, εὑρὼν δραπέτιν, αἰκίσεται.

LVI.

Item difputatio et cum feruo fuo, et cum fe ipfo, f. animo fuo: qua, — cum antea ftatuiffet ab amore et comiffationibus abftinere, iam autem denuo comiffatum ire vellet, — qua fibi ipfi nunc calcar addit, nunc retrahit. Denique — omnia vincit Amor.

Βεβλήσθω κύβος· ἅπτε, πορεύσομαι. ἤνιδε, τόλμα.
οἰνοβαρὲς, τίν' ἔχεις φροντίδα; κωμάσομαι.
κωμάσομαι; πῆ θυμὲ τρέπῃ; τί δ'; ἔρωτι λογισμός;
ἅπτε τάχος. πῦ δ' ἡ πρόσθε λόγων μελέτη;
ἐῤῥίφθω σοφίας ὁ πολὺς πόνος· ἓν μόνον οἶδα
τῦθ', ὅτι καὶ Ζηνὸς λῆμα καθεῖλεν Ερως.

LVII.

Carmen, vt videtur, in comiffatione peroratum, ad Bacchum, cuius ortus, natura, confpiratio cum Amore, et reliquae virtutes enumerantur.

Οἴσω, ναὶ μά σε, Βάκχε, τὸ σὸν θράσος· ἅγεο, κώμων
ἄρχε, θεὸς θνατὰν ἀνιόχει κραδίαν.
ἐν πυρὶ γενναθεὶς στέργεις φλόγα τὰν ἐν Ερωτι,
καὶ με πάλιν δήσας τὸν σὸν ἄγεις ἱκέτην.
ἦ προδότας καὶ πιστὸς ἔφυς, τεὰ δ' ὄργια κρύπτειν
αὐδῶν, ἐκφαίνειν τἀμὰ σὺ νῦν ἐθέλεις.

LVIII.

Animum ſuum alloquitur: amore ardentiſſimo quo flagres, tibi habeas; ſcilicet praedixeram, et antea te monueram; at, cum noluiſti te in tuto collocare ab inſidiis Amoris, nunc perfer et obdura!

Οὔ σοι ταῦτ' ἐβόων, ψυχή, Ναὶ Κύπριν, ἁλώσει
ὦ δύσερως, ἰξῷ πυκνὰ προσιπταμένη;
οὐκ ἐβόων; εἷλέν σε πάγη. τί μάτην ἐνὶ δεσμοῖς
σπαίρεις; αὐτὸς Ἔρως τὰ πτερά σου δέδεκε,
καί σ' ἐπὶ πῦρ ἔστησε, μύροις δ' ἔῤῥαινε λιπόπνουν,
δῶκε δὲ διψώσῃ δάκρυα θερμὰ πιεῖν.
ἆ ψυχὴ βαρύμοχθε, σὺ δ' ἄρτι μεν ἐκ πυρὸς αἴθῃ,
ἄρτι δ' ἀναψύχεις, πνεῦμ' ἀναλεξαμένη.
τί κλαίεις; τὸν ἄτεγκτον ὅτ' ἐν κόλποισιν Ἔρωτα
ἔτρεφες, οὐκ ᾔδεις ὡς ἐπί σοι τρέφετο;
οὐκ ᾔδεις. νῦν γνῶθι καλῶν ἄλλαγμα τροφείων,
πῦρ ἅμα καὶ ψυχρὰν δεξαμένη χιόνα.
αὐτὴ ταῦθ' εἵλου· φέρε τὸν πόνον. ἄξια πάσχεις
ὧν ἔδρασας, ὀπτῷ καιομένη μέλιτι.

LIX.

Animus, inquit, noſter, etiamſi Amor vrgeat, effugere tamen valet.

LVIII. v. 7 ἐν πυρὸς αἰθῇ, legitur in Anal. textu, pro quibus, monitu Brunckii, repoſui, vt ſcriptum legis, ex optimo apographo Biblioth. Buherianae, et aliis omnibus. — Ruhnken Vir Cel. ἐν πυρὸς αἰθῇ volebat, ad Tim. Lex. Plat. pag. 178, vbi ſubaudito ὢς, ὑπάρχεις, αἰθὴ ſubſtantiuum eſt et idem ſignificat ac αἶθος; at dubitat Brunck. an aliunde confirmari poſſit exemplo.

Τήν πυρὶ νηχομένην ψυχὴν ἂν πολλάκι καίῃς,
φεύξετ', Ἔρως· καὐτή, σχέτλι', ἔχει πτέρυγας.

LX.

In meretricem, quam incuſat vehementer, quod ſibi fida non manſiſſet.

Οἶδ' ὅτι μοι κενὸς ὅρκος, ἐπεί σέ γε τὴν φιλάσωτον
μηνύει μυρόπνους ἀρτιβρεχὴς πλόκαμος.
μηνύει ἄγρυπνον μὲν ἰδοὺ βεβαρημένον ὄμμα,
καὶ σφιγκτὸς στεφάνων ἀμφὶ κόμαισι μίτος.
ἔσκυλται δ' ἀκόλαστα πεφυρμένος ἄρτι κίκιννος
πάντα δ' ὑπ' ἀκρήτου γυῖα σαλευτὰ φορεῖς,
ἔρρε, γύναι πάγκοινε, καλεῖ σε γὰρ ἡ φιλόκωμος
πηκτὶς, καὶ κροτάλων χειροτυπὴς πάταγος.

LXI.

Dorcada ſeruum ad foeminam aliquam miſſurus, forte cum acerba exprobratione, tamen in dubio eſt, an perficiat, nec ne. Reuocat igitur nunc ſeruum, nunc ire eum iubet. Tandem, vt ſunt amore perditi, ipſe ad illam aduolat.

Ἄγγειλον τάδε, Δορκάς· ἰδοὺ πάλι δεύτερον αὐτῇ
καὶ τρίτον ἄγγειλον Δορκὰς ἅπαντα· τρέχε.
μηκέτι μέλλε, πέτου — βραχύ μοι, βραχὺ Δορκὰς ἐπίσχες. —
Δορκὰς, ποῖ σπεύδεις, πρίν σε τὰ πάντα μαθεῖν;
πρόσθες δ' οἷς εἴρηκα πάλαι — μᾶλλον δ' ἔτι ληρῶ.
μηδὲν ὅλως εἴπῃς — ἀλλ' ἴθι πάντα λέγε·

μὴ φείδου σὺ τὰ πάντα λέγειν — καίτοι τί σε
Δορκὰς
ἐκπέμπω; σὺν σοὶ κἀυτὸς, ἰδοὺ, προάγω.

LXII.

Nuntiat Lycaenidi per Dorcada ſeruum, ſe nunc ſcire, ipſam non ex animo eum amauiſſe.

Εἴπε Λυκαινίδι Δορκάς· ἴδ' ὡς ἐπίτηκτα φιλοῦσα
ἥλως· οὐ κρύπτει πλαστὸν ἔρωτα χρόνος.

LXIII.

Acerba exprobratio foeminae, quae periura alium amauerat.

Εγνων, οὐ μ' ἔλαθες. τί θεούς; οὐ γάρ με λέληθας.
v. 45, 46 *ἐν δε* (ſc. *ἐπλεκε*) *ἀγρια ἀρχρης ἀνϑ. ἀνεμοις φυομενα*, ventis nati, i. e. flores, qui vento expanduntur, v. Plin. H. Nat. XXI, 23, et Schol. ad Theocr. Id. XI. v. 57, eoque igitur ad perfectionem euadunt; anemonas explicant. Per hos agreſtes ruris flores innuitur forte Poſidipp. Hedyl. et Sicelid. fuiſſe bucolicorum ſcriptores. — Poſidipp. vixiſſe videtur Reiskio, N. Poet. p. 258, intra Olymp. CXXXVI-CLXX. Hedylum nominat Athenaeus pag. 297 et dubitat, Atheniensis fuerit, an Samius. Vixit quidem tempore Ptolemaei Philadelphi, Reisk. l. l. p. 212. Huius reliqua inſunt Anal. T. I. p. 483, et II. p. 256, illius autem T. II. p. 46 et 528. Sicelides ex Reisk. ſententia, l. l. p. 199 Aſclepiades eſt, e Sicilia oriundus, vnde Sicelides, propr. Samius: Theocriti magiſter et aequalis, v. ad Theocr. Idyll. VII. v. 40, Scholiaſt. niſi h. l. ipſum Theocritum Meleager inſignire voluit. — Ab Aſclepiad. carm. rell. v. Anal. T. I. p. 211.

v. 47 ſqq. *χρυσ. κλωνα*, aureum, vt praeſtantiam ſignificaret. De Platone, cum notiſſimus ſit, nihil addam. Anal. I. p. 169. — *λαμπομ.* quia dixerat *χρυσεον*.

v. 49, 50 Aratus, Solenſis Cilix, floruit Ol. CXXVII. Aſtronomica ſcripſit, poema nempe Phaenomena inſcriptum. Eius Fragm. Anal. T. I. p. 253. — Caeterum Reisk. argutari mihi videtur circa huius diſt. reliqua. mihi quidem Meleager nihil aliud cecinit, quam: *Arati quoque intexui carmina, cuius Muſa alta aſtra petit, vt palma arbos nubibus quaſi vicina.* Sunt haec ornate dicta.

v. 51 *λωτ.* lotum amabant vett. ob gratum odorem, et coronis innectebant. Anacr. IV, 2, ibi interprett. Eius vis Lethaea ex Homero ſatis nota. *μιξας*, innectens, *ἐν φλογι*; *φλοξ* herba quaedam. — Chaeremon, antiquiſſimus poeta, de quo tamen nihil certi conſtat, v. Reisk. l. l. p. 272, Fragm. Anal. II, 55.

v. 52 Φαιδιμος, de eo non liquet, quis fuerit, nec qua aetate vixerit. Secundum Steph. Byzant. Bisanthenus fuit, et elegiarum scriptor. Reisk. l. l. p. 266. — Αντατγ. Antagoras, Rhodius, Antigono regi Macedon. familiaris. Thebaida scripsit. Duo illius epigr. insunt Anal. T. I. pag. 256. — ὀμμα βοος, buphthalmus, herba quaedam. Alias dicitur cotyla et chamaemelum. *Martin.* ευςροφον, puto ornate appositum, et esse, lentos et flexiles caules habens.

v. 53 φιλακρ. ἑρπ. veteres consueuerant vino fragrantes et odoras herbas addere, in quibus et serpillum. — νεοθαλη, nouum, recens ortum: de syllaba θα notandum, cum alias breuis sit, eam h. l. produci ob duplicatum λ in pronunciatione. v. Ruhnk. V. Illustr. in epist. Crit. II. p. 255. — Theodorides s. Theodoridas, quoad aetatem et patriam ignotus. Reisk. l. l. p. 216, eum Aeoliae ciuem et in Thessalia aliquamdiu vixisse credit. Eius Fragm. habes in Anal. T. II. p. 42.

v. 54 De cyano v. Plin. XXI, 8, cyanum v. 40 tribuebatur Polyclito, hic Phaniae, de quo nihil habeo, quod dicam: ante Meleagrum s. cum eo vixisse vel ex h. l. patet. Eius reliqua v. Anal. T. II. p. 52.

v. 55 sq. νεογραφα. Reisk. volebat νεοδροπα, quod non necessarium. accipio simpliciter, *noua*, *recentia*, *nupera*, *nuper scripta*, carmina enim jam magis cogitabat, quam ἐρνεα. — πρωϊα λευκ. — λευκ. alba viola, v. Heyn. V. Ill. ad Virg. Ecl. II. 47. et Martinum. — πρωϊα, addidit, forte ut significaret sui ingenii primitias intexuisse.

v. 57, 58 ὁ δε στεφ. ἡδ. των Μυσ. Haec carminum corona, ἐστι κοινος est communis, i. e. communiter grata esse debet et accepta, cum nempe multorum amicorum meorum carmina hac ipsa contineantur. — μυσταις, i. q. antea φιλοις, amicis, qui ipsi poetae sint, sacerdotes Musarum, tamquam arcana Musarum sacra tuentes. μυστην enim Graeci appellant eum, qui penitus rem aliquam perspectam habet, eiusque sacra, i. e. abdita, et a vulgi oculis vsuque secreta perreptauit. v. Reisk. Anthol. Ceph. ad c. 443. et infra, ep. 114.

Digitized by Google

CARMEN II.

v. 1, 2 καθηρμ. aptauit, tibi texuit. Ερ. ψυχ. v. var. lect. — χαρι τρυγ. π. ανθ. florem iuuenum decerpens, in qua Corona, carminum collectione, floridissimi et pulcherrimi pueri cantu laudantur.

v. 3 κρω. ηδυ. — γλυκ. λευκ. rell. equidem non puto hic respici a poeta, ad singulas vniuscuiusque virtutes, formam, colorem, et ita porro: imo haec posuit Meleager omnino ad pulchritudinem indicandam et florentem aetatem; id vero ornate extulit per similitudinem cum floribus modo his modo illis. A me enim impetrare non possum, vt credam, per κρω. ηδ. indigitari dulce et molle Diodori, *das schmachtende*; per γλ. λευκ. tenerum et delicatum, *das zaertliche*, cet. Sophistae enim personam induere poeta nec debuit nec voluit.

v. 5 vid. var. lect. ad h. v.

v. 6 οἰν. δ' ὡς τ. ε. Δ. proba conuersio orationis, ne scilicet ad taedium vsque redeat το: ἐνεπλεκεν et alia.

v. 7 χρυσ. δ. κομ. κροκ. Θ. συν. adoptauit quoque Theronem, vt κρ. χρ. κομ. intellige ἐν κομαισι, s. συν. proprie locutus fuisset χρυσανθη κομας, auratus, κατα κομας; κομαι autem croco adduntur, i. e. fila tenuia, qualia fere in aristis inueniuntur. v. quae e Salmas. in Plin. adduximus ad c. I. v. 43.

v. 8 ἐν δ' ἐβαλ', i. q. ἐνεπλεκε, vt c. I. v. 49.

v. 9 ἁβροκ. a capillis insignitur Myiscus. Caeterum non probo coniecturam Reisk. Horatii locum emendare volentis: *Mysten ademtum*, pro quo leg. iubebat: *Myiscum ademt.* — De nomine Myisci nugas agere mihi videtur magnus Salmas. in Exercitt. Plin. p. 1127. — Myisci autem in his carminibus frequentissima mentio.

v. 10 ἱμ. ἀρ. κλ. ramos praestantia sua, suauitate, varietate, cet. insignes: pueros autem, quos quidem nunc nominarat, significat.

v. 11 ολβ. Τυρ. ob frequentiam puerorum delicatorum.

v. 12 ἀλσος π. K. ἁ. dixit, cum floribus et arboribus pueros comparasset. ἀλσ. πυρινν. Pueri enim flammas amoris excitabant.

CARMEN III.

v. 1 Videtur Meleager hoc carmine, nisi se excusare, rationem tamen reddere voluisse, quapropter pueros

Digitized by Google

maxime amaret, eorumque laudes decantaret; siquidem ipsum Amoris Deum iussisse, quem vel ipsa Venus potentiorem declarasset. — Κυπρ. Θηλ. Venus, quae puellarum amori praeest et tuetur. — Φλογα βαλλα, taedas vibrat. taedarum in re amatoria plurimus vsus. c. XXIII. v. 3. puer amasius Φλογα βαλλα, vt hic Venus. γυναικομ. qua face nempe excitantur amores in puellas.

v. 2 αυτ. Ερ. nos: *Er*, *Amor*. — αρσ. ιμ. amorem in pueros, ανιοχα, flectit, vt infra, LVII. v. 2, de Baccho:
— — θεος θνατων ἀνιοχα κραδιαν.

v. 3 Iam vtrumque, et Venerem et Cupidinem poeta adspiciens, fluctuat animo, huius partibus faueat, an sub illa militet? ποι ῥεψω; — Φαμ. iuro, καυτκν ipsam adeo — ἰραν dicere, adfirmare. νικᾳ superat. plus valet το θ. π. quippe inflammat vehementius amor in pueros.

CARMEN III.

v. 1 Amabat forte poeta puerum amasium: at ille nimis arrogans et superbus eum saepe reiecerat. Exprobrat igitur hoc oculis, qui aliquem amarent, alieno et obstinato animo et fastu puerum. Mox fuse lachrymas fundunt, signum perdite amantis, et facete id repetit poeta a nimio igne, quo vrerentur, metaphora ducta a flamma, ad quam a coquo cibi assantur et molliuntur. — Duo priora h. carm. disticha protulit Hesych. Interpr. T. II. col. 326, et 1. distich. solum. Ruhnk. V. S. in epist. crit. I. p. 94. — προδ. ψυχ. sic oculos alloquitur, ex oculis enim animi sensus cognoscuntur. comparem fere Hor. Od. L. I. 9, v. 21.

Nunc et latentis *proditor* intimo
gratus puellae risus ab angulo.

παιδ. κυν. ad nostri quidem temporis palatum non esse videtur; at quoties vocabula venatoria ad rem amatoriam traducta sint a veteribus, docuit Wyttenbach in epist. crit. p. 51. π. κυνες, sunt autem h. l. amantis oculi, insidiosi puerorum obseruatores et sectatores; cf. Ruhnk. l. c. — ἰξος Κυπ. illecebrae Veneris, quibus maxime in oculis sedes.

v. 3, 4 Ερωτα, h. l. i. q. ἐρωτωμενον, et quidem λυκον, lupum, i. ferocem et superbum amasium puerum,

ἀρνες, oculos ſignificat infirmos, qui reſiſtere nequeunt, et, vt agni luporum, iniurias huius ſuperbientis facile patiuntur. addit per ornatum aliam comparationem; *οἱα κορωνη σκορπ.* vt cornix innocens ſcorpium venenatum, ideoque ſibi periculoſum. *Κορωνη τον σκορπιον παροιμια, ἐπι των δυσχερεσι καὶ βλαβεροις ἐπιχειρησαντων.* Suid. in V. *κορωνη.* De huius generis ſpectaculo elegans profecto epigramma habemus *Αρχια*, Anal. Br. T. II. p. 97, c. XXI.

Εν ποτε παμφαινοντι μελαμπτερος αἰθερι νωμων
σκορπιον ἐκ γαιης αἰδε θοροντα κοραξ,
ὀν μαρψων ὠρουσεν· ὁ δ' αἰξαντος ἐπ' οὐδας
ου βραδυς εὐκεντρῳ πεζαν ἐτυψε βελει,
καὶ ζωης μεν ἀμερσεν. ἰδ' ὡς ὀν ἐτευχεν ἐπ' ἀλλῳ
ἐκ κεινου τλημων αὐτος ἐδεκτο μορον.

ὡς πυρ ὑπ. τεφρ. — quippe, cum latet adhuc torris ſub cinere, adeoque amor facilius concipitur, et exardeſcit.

v. 5 et 6 Iam ſeſe colligit, et cum vis amoris ea eſſet, vt, quem oculi amorem efflagitarent, ipſe hunc impetum reprimere non valeret, concedit ipſis, ita facere, vt eorum voluntas ferret: *δραθ' ὁ τι κ. β.* — at nunc amore nimio ita corripiuntur, vt lacrymas fundant, arguentes, quam penitus lentis macerentur ignibus. reprehendit eos poeta, interrogando: quid, *δια τι*, lacrymis madeant? Sic Aſclepiades ſe ipſum alloquitur: IX. v. 1, Anal. I. p. 212, *πιν' Ἀσκληπιαδη· τι τα δακρυα ταυτα;* — *νενοτισμ. δακρ.* vertit *Buherius: lacrymas auſtralibus nimbis ſimiles, des torrents de larmes, Br.* Venit in mentem illud Horatianum Od. I. 13, v. 6.

— — *humor* et *in genas*
furtim *labitur* —

προς δ' εἱρκτ. in carceres, in vincula, ideoque in captivitatem. *Sponte vos captiuos deditis.*

v. 7, 8 Nunc igitur, cum ſe ad pulcherrimum puerum conuerterunt, aſſantur quaſi et torrentur nimia pulchritudine et flamma amoris, et quidem non ſolum extrinſecus, *ὀπτασθ' ἐν κ.* ſed intrinſecus etiam, *τυφ. ὑπ. ν.* quippe antea dixerat, adeſſe adhuc et latere ignem *ὑποθαλπ. π. τεφρ.* v. 4. cf. Polyſtrat. I. Anal. T. II. p. 1, in primis v. 7 eandem ſententiam exprimit, quam hic. — Cupidinem autem, tanquam coquum

fiſtit, qui eum amorem praeparet et educet. durior certe idea, nec quae ex noſtri temporis more et genio diiudicata valde placeat. Non abſimile tamen eſt illud Propertii III. 23, 13 — Saeuo *Veneris* torrebar *aheno*.

CARMEN V.

v. 1 ſq. Φιλοκλ. de hoc, certe amico Meleagri, nihil praeterea habeo, quod dicam. — ει, verto, cum, quando. Sed exempla non habeo, poſſis autem ſimpliciter quoque pro conditionali particula ſumere, vt ſenſus ſit: Si tu eas virtutes in te habeas, quibus nempe amaſii allici poſſint, hac conditione ἀγκας ἐχ. Δ. etc. Ποθοι, Cupidines te amant, poet. pro: Si venuſtate et ſuaui affectu ſis praeditus — μυροπν. Π. mollis et ſuauiter ſpirans II. ſuada: ſuſurri nempe amantium, vt Horat. dixit Od. I. 9, 19.

*Lenes*que ſub noctem *ſuſurri*
Compoſita repetantur hora.

καλλεος ἀνθ. Χαρ. Gratiae pulchritudinis Deae, quae a pulchritudine ornatum petunt, *decentes*, Horat. dixit, ſi te igitur hi Dii Deaeque te amant et ornant — has virtutes amantium omnes comprehendit Mimnerm. I, 3. Anal. T. I. p. 60, duobus verbis: μειλιχα δωρα.

v. 3, 4 ἀγκ. κατα ἀγκας, in vlnis teneas foueas. Sic Argentar. XIX, 4. Anal. T. II. p. 27.

— καλλιστην ἀγκας ἐχων ἀλοχον.

Διοδ. nomen tenelli pueri, vt in ſqq. Δωροθ. Καλλικρ. et rell. — Δωροθ. γλ. ἀντ. αδ. te adſpiciat, nempe, vt cum Hor. loquar, vultu nimium lubrico adſpici. Huc forte et pertinet Heſych. gloſſa: ἀντωπος, λαμπρος, αντιος τοις ὀμμασι. — καθω δ' ας γ. Κ. genua tua amplectatur Call.. vt te ad amorem alliciat.

v. 5, 6 — το δε γ' ευς. — περισκ. haec obſcoena explicare, pudor vetat. expreſſit fere Ouid. Amor. III. 7, 74.

Hanc etiam non eſt mea dedignata puella
Molliter admota ſollicitare manu.

de verbo: περισκυθ. v. Toup. ad Suid. T. III. p. 39, vbi h. l. addere potuiſſet. hic eſt puto, *cutem retrahere*, non *reſecare*.

v. 7, 8 λαλησ. blateret tecum dulcia. — λαλειν verbum amatorium, ſic τερπνα λαλειν. — θλιβ et hoc verbum

propr. in re amatoria. — χλανιδι, sic recte, v. var. lect. χλανιδες enim delicatulorum hominum vestes, et refocillandis horum hominum aptiores. χλαμυς autem militare vestimentum est, et respondet fere pallio. haec verba saepius confusa a librariis. v. quae docte de hac re disputauit Dorvill. ad Charit. L. IV. c. 3 p. 433, edit. Lipf.

v. 10 Ρωμαϊκ. λοπ. de cinaedis stipato. prouerb. loc. sumta a luxu et delicatis dapibus Romanorum, qui ea de re male audiebant apud Graecos. Hesych. interpres V, λοπ. laudat Schol. Aristoph. Equit. 1031, quem vide!

CARMEN VI.

v. 1, 2 Se ipsum hortatur: ζωρον. δ. bibe merum! inuenustule! δυσερ. quem Amor et Venus non placido lumine viderint. ζωροπ. merum bib. quod certius conscientiae et animo tenebras inducat, quam aqua dilutum vinum. — Βρομ. Bacchus, δωρ. λαϑ. dator obliuionis, qui efficit, vt obliuiscamur: Hor. Od. II. 11, 17.

— — Dissipat Euius
Curas edaces. —

παν φλ. φιλ. amorem, quo in pueros vrimur. φιλοπαις eiusdem compositionis est, vt γλυκυπαις, c. sq. v. 6 πολυπαις, c. 123. — cf. epigr. XVIII. v. 1.

v. 3, 4 ζωροπ. iterata vox eo ipso maiorem vim orationi tribuit. και πλ. cet. ιxxρ. ς. ε. κρ. οδ. Similem sententiam habes in Theogn. v. 863, ed. Br.

τε (οινε) πινων, απο μεν χαλεπας σκεδασεις μελεδωνας.

quam Horat. extulit: *nunc vino pellite curas.*

CARMEN VII.

v. 1 Cum iuuet socios habuisse malorum, poeta, abrepto amasio, δυσερως, ad δυσερωτας se conuertit, vt secum vna dolorem sentiant. — ερως εμπ. ex animi affectu hoc dicit; ερως, Suid. επιδεξιος, επιτηδειος. — ναυταις pro νηϊ.

v. 2 αρπ. μευ ψυχ. Hor. I. 3, 8 de Virgil. animae meae dimidium. cf. quae ibi Iani V. C. loca attulit.

v. 3, 4 τρις — τετρακι, possit hic alicui in mentem venire, τρις μ. — τρις δ' ολβ. dici, ea ratione, qua formulam magicam ter recitarent, vt auerruncarent ma-

la, v. Heyn. V. S. ad Tib. I. 2, 53, vt eo ipſo poeta voluerit ab Andragatho omnia mala auertere: at puto, τρις — τετρ. vulgarem eſſe formulam illam, qua multifariam et ſummam felicitatem alicuius indicarent; vt in Hor. I. 13, 17, *Felices ter et amplius*, cet. ſic saepiſſime poetae. — παιδοφ. puerum ſequens, ideo ſecundus.

v. 5, 6 ειθ' ειην δ. forte hic cogitauit de Delphino Arionis, de quo Gell. Noct. Att. L. XVI. c. 19. Herodot. L. I. c. 23 all. — Ceterum talia vota amantium plura obuia Anacr. c. 20, et ſimilis forma eſt Anal. T. I. p. 158, Scol. XIX. — βαςακλος verbale a βαςαζω. — ἐσιδῃ attingat, veniat. — γλυκυπ. Ροδ. ob Andragathum ſic appellata.

CARMEN VIII.

v. 1, 2 Antiochus puer pulchritudine omnes ita ſuperabat, vt, ipſius Veneris iudicio, Cupidine pulchrior exiſtimaretur. id poetice Meleager extulit. iam ſcilicet, cum hunc puerum Venus vidiſſet, non Amorem, ſed hunc partu ediidiſſe, affirmabat. — Ιμερος, Ποθος, Ερως, ſynonyma.

v. 3, 4 νεοι νεον Π. ludit in voce, νεον — νεοι. νεοι autem ηϊθεοι, pueri. — κρασσων, potentior, vt ap. Lat. *maior*, Horat. Od. I. 3, 16, de vento vehementi, Noto:

Quo non arbiter Adriae
Maior, tollere ſeu ponere vult freta.

Poſſis quoque de ſola pulchritudine exponere, et formae praeſtantia, cf. Dorvill. ad Charit. L. VIII. c. 6, adde L. 1. c. 1 in fine. — ἄτος Ερως nempe Antiochus, alter Amor.

CARMEN IX.

v. 1 χλανιδ'. vid. ad V. v. 8.

v. 2 πετασος, genus pilei, quo contra ſolis et imbrium vim vti ſolebant veteres.

v. 3, 4 ναι μα τ. ά. ἑ. ἑπομν. iam per ipſum puerum, quaſi per Deum, iurat. — τεμπαλιν, vice verſa. — Eadem conuerſione epigr. ſunt duo, in Aſclepiadeis, 2, et 3. Anal. T. I. p. 211, quorum vnum apponam:

Ει πτερα σοι προσεκειτο, και εν χερι τοξα και ιοι,
ὐκ ἀν Ερως ἐγραφη Κυπριδος, ἀλλα συ, παι.

CARMEN X.

v. 1 Διψ. θερ. sitiens aestu, calore. θερος propr. aestas, h. l. pro calore omnino; iam indefinite posuit, nondum significans, quem aestum intelligi vellet, et in hac dilogia magna salis epigrammatis pars cernitur. Aeque ingeniose Ouid. Amor. L. III. 5, v. 35, 36.

Quem tu mobilibus foliis vitare volebas,
Sed male vitabas, aestus amoris erat.

ἀπαλοχρ. π. tener, vt Horat. *tenerum Lycidam* dixit. φιλειν, osculari, satis nota significatio.

v. 2 εἰπα τοτ', tunc dixi. διψ. ἀποπρ. cum sitim, eo ipso, quod amasium basiasset, bebulissen. αὐχμ. difficilem.

v. 3 sqq. καὶ τοδε σ. χ. οἰν. oscula tibi ore suo propinat; nec iam nectar poculis; tu oscularis Ganymedem, et sitim effugis et aestum, ego vero Antiochum. — ψ. ἡδυ μελι, animae mel, dulcia oscula, ex animi suauissimo sensu et affectu data.

CARMEN XI.

v. 1, 2 De Cupidine Praxitelis v. Dorvill. ad Char. L. VI. c. 1 in fine, vbi nostrum epigr. produxit. Laudauit v. D. ibi plura epigr. ex Anthol. quibus addo ex Anal. Br. T. II. p. 496, c. XII. Iuliani Aeg. — Ζωογλ. poetis scribitur Ζωογλυφος et Ζωγλυφος, Ζωογραφος et Ζωγραφος, id. V. D. l. l. — εἰκονα Παρ. e Pario marmore confectum. laudandus est locus Hor. Od. I. 19, 5.

Vrit me Glycerae nitor
Splendentis *Pario marmore* purius.

Forte cogitauit de hoc amoris simulacro, apud veteres celeberrimo.

v. 4 αὐτ. ἀπ. ἐπλ. Πρ. se ipsum expressit effigie, scil. in Praxitele, pulcherrimo puero.

v. 5, 6 ὁ μεν Praxiteles, ὁ δε, Amor. — βραβευειν est *dispensare*. Suid. βραβευει, επιψηφιζεται, διανεμει. — ambo, vt Ποθοι, Cupidines, amoris dii, σκηπτροφ. imperent, nempe φιλτρα βραβευοντες.

v. 7, 8 μερ. πολ. Cos, Meropes dicti sunt Coi, a Merope, Triopae filio. cf. c. CXXVI. v. 6 ἱερα, magna, vt ap. Homer. saepius. — θεον. Praxiteles, qui iam Amor Deus, et Praxiteles amasius simul esset. — v. ὑφαγ. qui pueris amorem subministrat; ὑφαγ. signifi-

Digitized by Google

cantius aliquod verbum, cum ὑπάγειν vox amatoria, de coitu vſurpetur. v. Steph. in Theſ.

CARMEN XII.

v. 1, 2 ἁβρον ἀγ. venuſtum, quod viuere credas, ſimulacrum — κωφον Ποθ. ſenſu carentem Cupidinem.

v. 3, 4 πετρ. ἰνδαλοφ. *lapidi figuram inducens.* ἰνδαλοφορειν, *vocabulum eſt vnum e centenis aliis, quae nullibi niſi in his carminibus* (Analectis) *reperias: quod apud nullum alium ſcriptorem occurrat, legitima non erat ratio, cur codicis ſcriptura mutaretur, Br.* — ὁ δε ν. ἱ. μαγ. Praxiteles, ὁ νῦν, opponitur τῳ παλαι, puer a poeta amatus: is dicitur ἐμφ. μαγ. qui in viuis efficit, quod ille ſtatuarius in lapide; oppoſitus igitur eſt, τῳ: πετρον ἰνδ. — μαγευειν pr. magica arte aliquid proferre, ideoque h. l. optime conuenit. — τον Ερ. ἐπλ. Amorem finxit, effinxit, et quidem τριπανουργ. ter vafrum, valde vafrum. eſt enim τριπανουργος, decompoſitum ex τρι, pro τρις, παν et εργ. — τρις auget, vt in τριγλυφος, τριεσπερος.

v. 5, 6 ταχα, expono: *quidem*, vt ſenſus ſit: certe quidem nomen gerit, nempe hic Praxiteles puer, ταυτ. μ. hoc tamen ſolum: Germ. verterem: *Alſo führt er zwar den Namen, doch nur allein den Namen.* — ἐργ. δ. κρ. ſuppl. κατα. — μεθαρρ. h. l. nihil aliud ſignificat, quam, formans, fingens.

v. 7 τροπον, animum. — v. 8 ναον Ερ. ἐχ. in quo ipſe puer, tanquam Amor, habitare poſſit. ſeſe inſinuet in animum noſtrum Praxiteles.

CARMEN XIII.

v. 1 Σιγων ἐπ. αὐδα, etiamſi taceat Heracl. oculis tamen ſatis aperte declarat et profitetur. egregie nempe fulgent, lucent oculi Heracl. tamquam ſidera, flamma: nos eadem fere ratione dicimus: *Man kann es in ſeinen Augen leſen.*

v. 2 φλεγω, de flamma propr. at h. l. de oculis rotantibus ſeſe, et ardentibus, eorumque vi et potentia. Heracliti autem oculi comparantur flammae, quae ipſius Iouis fulgur et flammas πυρ κεραυνοβολον ſuperaret, incendatque et commoueat potentior, quam Iouis ignis. Alio ſenſu Pindarus Ol. VIII. 34, verbo

ἐπιφλέγειν vsus est, ἐπιφλέγειν dicit vrbem, h. e. illustrem reddere cantu. hymnus enim ibi comparatur flammae ardenti.

v. 3, 4 Diodorus itidem delicatulus puer, quamquam non oculis, pectore tamen exclamat, i. e. affectu ardenti animatus est; in dolore autem, desiderio, vel omnino in affectu aliquo cor dicitur, *gemere*, *sonum edere*, exclamare, sic φθέγγεσθαι et βοᾷν in sacris litteris. — Forte huc facit locus, Od. XX. v. 13.

— — κραδίη δέ οἱ ἔνδον ὑλάκτει.

et Iliad. X. 9, 10

ὣς πυκίν' ἐν στήθεσσιν ἀνεστονάχιζ' Ἀγαμέμνων
νειόθεν ἐκ κραδίης· — —

καὶ πετρ. τήκω — metaphora ducta a cera, quam ignis liquefacere solet. vsurpatur igitur de vi et flamma amoris vehementi; inde lapides commoueri, arbores et alia dicuntur, dum amori cedant, vt ap. Propert. I. 9, 30, 31.

— — Effuge blanditias
Illis et silices, et possunt cedere quercus.

v. Dorvill. ad Charit. ad Lib. II. c. 7. πέτρον autem h. l. dici, nota, nude, pro: pectore indurato, vt silex; pro: corde silice concreto, cf. ex Latinis Ouid. Metam. XIV. 757.

— paulatimque occupat artus,
Quod fuit in duro iam pridem pectore, saxum.

καὶ vim intendendi habet, Latin. *vel.* — χρ. χλιαίν, quae, lateri meo adhaerens, tepefiat, et cedat.

v. 5, 6 δύστανος — infelix, qui his pueris adamatur, quippe totus igne absumetur; nimio amore perire se sentiet. — τυφόμεν. π. — et de lente gliscente flamma τυφ. dicitur, et de amore quouis vehementi. v. Dorvill. ad Charit. L. VI. 3, vbi nostrum carm. adduxit. ποθ. τυφ. πυρ, expono igitur: amoris ignem in imo pectore ardentem et elucentem.

CARMEN XIV.

v. 1, 2 ἐθέλω sc. ἔχειν, retinere, porro fouere. — εἰς Δ. λ. ad Iouem suspicit et exspectat, vt eum rapiat in coelum, instar Ganymedis. Comparationem amati pueri cum Ganymede, Ioui rapto, saepius deprehendis apud poetas amatorii argumenti. Forte per illum

declaratur puer pulchritudine excellens, et per Iouem indicant adulterum potentiorem quem timent. — Caet. ad h. l. conf. epigr. XL. et XLI. incerti poetae carm. VI. T. III. Anal. p. 152 et all. pll.

v. 2 ὡς οἰνοχ. vt, tanquam qui iam infundat, propinet, τῳ Θεῳ Ioui; tanquam Ganymedes alter.

v. 3, 4 τι δε, ſuppleo: γενοιτο. quid iuuet, ſi mihi ſumerem, τον β. επερ. i. Θεων. — ἀνταθλ. in Lexx. vulgaribus non obuia vox, eſt, qui contra pugnat, vt prae altero praemium obtineat, νικης, de victoria.

v. 5, 6 ὁ παις ἀν. ε. O. puer, quando aufertur in coelum — ab aquila raptus, vt Ganym. aliquis. — λαβοι εκ γης τα ἰμα δ. νιπτρα ποδων, vt iis lacrymis pedes lauet. ſignificat eo et feruidiſſimum amorem in puerum, et affectum animi ſummum moeroremque ex eo conceptum, quod Charid. abiret.

v. 7, 8 — δοιη δε ο. νευμα διυγρ. nutum madidum, i. e. madidis, humidis oculis, ſic ſimpliciter. et quidem γλυκυ, qui nutus mihi dulciſſimus et gratiſſimus erit. — φιλημ' ἀκροθ. oſculum raptim datum: quod ſummo tantum labio quaſi decerpitur. nos: *und einen flüchtigen Kuſs.*

v. 9, 10 ὡς Θ. cum nempe Deus, et potentior eſt. — γευσομαι ἀμβρ: Ambroſia Dii veſcuntur, γευεσθαι ἀμβρ. igitur 1. Deum eſſe, et quoniam Dii habitant in coelo, 2. in coelo eſſe, hac terra relicta, vt h. l. accipiendum eſt.

CARMEN XV.

v. 1, 2 γλ. ὀρθρ. — v. Argum. — ἐν προθυρ. ſolemnis apud veteres mos, vt, cum vehementiſſimo amore correpti hunc amorem probare vellent amato puero ſ. puellae, totam noctem ante fores perdurarent, preces funderent, imo vectibus ianuam oppugnarent, et effringerent interdum; quo facto, puella ipſa non grauabatur. ἐν π. in limine ianuae amati pueri. — ἀποψ. πν. τ. λ. ἰ. ſic *mori*, ap. Lat. Poet. in vſu: Tibull. L. II. Eleg. 6, v. 51.

Tunc *morior* curis, tunc mens mihi perdita fingit,
Quisue meam teneat, quod teneatue modis.

v. Heyn. V. III. ad h. l. ſic Ouid. Faſt. II. 753, Amor. III. 14, 37.

v. 3, 4 σχ. H. ιδ. eo nempe miser factus erat, ex quo Heracl. viderat. — ἐςη, ſtetit, perculſus eſt, ὑπ' ὀ. ὀ. oculis flammantibus et eorum ardori ſubiectus, βληθ. κ. ἰ. ἀ. mollitus eſt animus Damidis, vt cera igni iniecta et liquefacta: frequens haec locutio. Aſclep. XXIV. T. I. p. 216, Anal.

> τῳ θαλλῳ Διδυμη με συνηρπασεν· ὠ μοι, ἐγω δε τηκομαι, ὡς κηρος παρ πυρι, καλλος ὁρων.

v. 6 ἐπι σοις δακρ. δ. miſeret me tui, cum ſcilicet non exauditae fuiſſent ab Heraclito eius preces. — Propert. I. 9, 34.

> Dicere, quo pereas, ſaepe in amore leuat.

CARMEN XVI.

v. 1, 2 ἠν τι π. ſi quid patiar, i. e. ſi moriar, et quidem prae nimio amore: ſic haec locutio ſaepe in Anal. occurrit, vnum exemplum proferam: Aſclepiad. VIII. T. I. Anal. p. 212.

> Ουκ ειμ' ὀδ' ἐτεων δυο κ' εἰκοσι, και κοπιω ζων.
> ὠ 'ρωτες, τι κακον τȣτο; τι με φλεγετε;
> ἠν γαρ ἐγω τι παθω, τι ποιησετε; δηλον, Ερωτες,
> ὡς τοπαρος παιξεσθ' ἀφρονες ἀςραγαλοις.

Sic etiam in Callino, Anal. T. I. p. 39, v. 18, de iis qui pugna cadunt, per euphemiſmum. additur etiam paſſim κακον, quod ſubintelligi debet. — το πλειν, aduerbial. maiori ex parte, paene totus; ἐν πυρι, amore vehementiſſimo: πυρ pro amore, ſolemne. vid. infra. —

v. 3, 4 ἀκρ. μεθ. καλπ. lapides et vrnas ſepulchrales vnguentis, imo vino imbuere mos ſolemnis vett. ſi honorem et amorem erga mortuum ſignificare vellent. καλπις autem h. l. vrna ſepulchralis, cum alias etiam vrna aquaria, Hymn. Hom. in Cer. 107, Apollon. I. 1107. — Δωρ. E. A. obſerua ἐνεργειαν et breuitatem, per quam vnicuique lectorum hoc epigramma valde placeat.

CARMEN XVII.

v. 1, 2 Arcus, alae, pharetra, tela, Cupidinis inſignia. — ἀκιδ. ſpicula, arma Deorum Amorum, quibus omni-

geni generis amores excitari possunt. Ouid. Metam. I. 460.

Cupido —
E — sagittifera promsit duo tela pharetra
Diuersorum operum: fugat hoc, facit illud amorem.

πυριβλητ. igne quasi imbuta, sic haec explico. infra epigr. XXVIII. 3 sunt, ἔμπυρα τόξα. Moschus, Idyll. VI. 29, de Cupid. telis:

— — τα γαρ πυρι παντα βεβαπται.

v. 3, 4 πτανος est Cupido, alis ornatus. sic saepius. — φυναι pro ἀναι notissimum.

CARMEN XVIII.

v. 1, 2 δυσερωτες, inuenusti, quibus Venus et Cupido in amore propitii non sunt: sic quidem nominantur ψυχροποτ. homines, aquam frigidam bibentes. qui cum Bacchum non ament, calore etiam et amoris igne non ferueant. Opponuntur a poeta ardore amoris correptis, qui e vino amorem, ex amore autem ignes et flammas concipiunt. Catullus hos ψυχροποτ. nominavit *seueros*, c. XXVII. 5 sqq.

At vos, quo lubet, hinc abite lymphae,
vini pernicies, et ad *seueros*
migrate. —

Hos igitur aduocat poeta; ὅσοι pro: οἱ, vulgata res. v. Viger. de Graec. dict. Idiot. ed. Zeun. pag. 123. — φλ. τ. φ. amorem in pueros et quidem eius ignis vehementiam, οἰδ. antea enim itidem pueros amasios fouerant; πικ. μελ. per mel, significatur saepe suavitas et dulcedo amoris, per illud adiectum, sollicitudo et aemulatio in amore. conf. epigram. X. v. 6; XXV. 4; XLIII. v. 4, inde et amor dictus γλυκυπικρος: sensus igitur: qui aliquando et dulcedinem et amarorem in amore sensistis, — amauistis. — Hor. *dulcis* et *saeuus* ita iunxit, Od. IV. 1.

v. 3, 4 v. quae in varr. lectt. e Brunck. annotat. addidimus. — ταχ. ἐκ χ. vt eo frigidior aqua foret.

v. 5, 6 ἢ γ. ἰδ. ετλ. Δ. ausus sum, cum ἐνεργεια quadam sumendum, Dionys. adspicere, et igni oculorum fere consumor. — ὁμοδ. socii, sunt ii, quos v. 1. ψυχρ. δυσερ. nominarat.

CARMEN XIX.

v. 1, 2 Adduxit hoc epigramma Dorvill. ad Charit. L. I. c. 8. — βωϑατε pro βοηϑατε, auxilium ferte. — ἐκ πελ. e pelago, mari; primum haec omnia in h. duobus verfibus allegorice fumebam, cogitabam de pelago Veneris v. 8, et c. XLV. v. 4. — Sed idem verfus octauus huius carminis, in quo κυμα Κυπρ. aperte opponitur τῳ ἁλι, v. 7 non finebat hos priores verff. non proprie interpretari. eadem ratio in carm. feq. v. 1, 2 eft. noui quidem τα λῃϛρικα της Αφροδιτης, ex eod. Dorvill. comment. ex epigr. C. fub nomine Rufini, vbi in Analect. tamen non inuenias) et ita κλωπ. c. fq. explicari poffent forte, at impediunt hoc itidem vltima. — Redeo in viam. Vere igitur credo, poetam in terram peregrinam f. infulam propinquam profectum effe, et vix e mari in terram egreffum, pueros adamaffe. πρωτοπλ. prima vice naui vectum adpofuit, vt pericula maris magis horrenda ei vifa effe indicaret, et maiorem fe laetitiam percepiffe ex eo, quod haec effugerit; iam periculofiore Charybdi laborare, cum tamen in tuto nunc effe crediderit. — ἐρειδομ. ἰχν. veftigia ponerem, me ipfum cum ἐπι γαιαν ftatuerem, ferrem, κατα ἰχν. — fic fulcire ap. Lat. Propert. I. 8, 7.

Tu pedibus teneris pofitas *fulcire* pruinas.

Tueor enim hanc lectionem, nec *fuper ire* nec *calcare* et al. probem.

v. 3, 4 ἑλκ. trahit, cogit, eoque eft βιαιος Ερ. faeuus, inuitum enim trahebat, τηδε fc. γαια, hac ipfa in terra peregrina, — is Amor, οἱα. προφ. φλ. π. ἀπ. κ. ἱρ. ἰδ. — is Amor fcilicet, προφ. praemonftrabat et pollicebatur φλ. π. fulgorem pueri, i. e. pulcherrimum, pulchritudine fua fulgentem puerum, vt enim πυρ pro ardenti puero, et ap. Lat. ignis vfurpatur, fic, puto, h. l. φλ. dici; ἀπ. et Amor ipfe corufcabat, κ. ἱρ. ἰδ. vt pulchritudo, vt pulcher aliquis, adfpectu amabilis. Amor ipfe imaginem pueri pulcherrimi et valde amabilis referebat.

v. 5, 6 ἰχνοι ἐπ' ἰχν. pone fequor; vt nos: *Fuſs vor Fuſs* — ἡδ. τ. ἰ. ἐν αἐρι, fuauiffima effigies expreffa in aere, i. e. aeriam, *Luftbild.* — ἀφαρπ. abripiens ad me, captabam. — ἡδυφ. v. in Lexx. vulgg. non obuia. at eft, ofculari, fuauia dare. —

v. 7, 8 πικρ. ἁ. amarum mare, ornat vox π. nisi malis explicare, molestum, periculosum. — rell. sic ordino: πεϱω κυμα τι K. χεϱσῳ παλιν πικρον. καν. sc. ἁλος. In his acumen epigrammatis versatur, cum proprie maris vndas, in quibus nautis magnus labor et molestia contingit, cum amore comparat, vbi amantibus itidem fluctus et pericula et sollicitudines obstent, quas vincant. — χεϱσῳ intell. ἐν χ.

CARMEN XX.

v. 1, 2 Ου. socii, hospites comissabundi; ipse enim videtur in comissatione aliqua fuisse, iamque in puerum quendam amorem concepisse. — δεξ. excipite et tutela vestra me protegite. ἐκ πελ. e mari προφυγ. ποντ. fluctus maris et κλωπ. latrones maritimos, omnino, pericula. — ὀλλυμ. amore vehementi.

v. 3, 4 τηδ. ο βιαιος E. v. epigr. praeced. v. 3.

v. 5, 6 ἐνθαδ' ibi, nempe ἑλκ. μ. Eϱ. ὁπκ, vbi τον παιδα διας. illum puerum, puto, in quem amore ardebat. — αὐτ. δ' ἡκ. sponte huc reuertor et quidem ποσσι ταχ. φ. a puero nempe, cuius amoris flamma fere consumor.

v. 7, 8 κωμαζω, comissabundus igitur erro quidem, nec tamen οἰνον ὑπο φρενα γεμ. vt proprie comissatores solent, sed πυρ igne amoris correptus. — βαιον ἐπαρκ. paululum saltem me seruate, et defendite.

v. 9, 10 ξεν. πρ. Eϱ. contra Amorem hospitalem; Cupidinis autem hoc epith. non est ipsi familiare; solummodo h. l. sic dictus est, cum in terra *peregrina* ab amore captus teneretur poeta.

CARMEN XXI.

v. 1, 2, δεσπ. θ. Venus, domina Cupidinum, Ποθων, vt ap. Hor. *mater* cupidinum. σοι μ. π. tibi me tradidit, vt tuus essem, te amarem, et sub imperio tuo degerem. et Eϱ. ἁβροπεδ. ornat, calceis insignis delicatis, quod ad πολυτελειαν ἐσθητων pertinebat, ideoque adiectum Dei Cupidinis, ad mollitiem in amore indicandam. — is me tibi ὑπ. γυμνον, fecit, vt tu me beares amore. —

v. 3, 4 ξαν. ἰ. ξ. — ξανον, me hospitem, erat enim in terra s. insula aliqua peregrina; ἐπ. ξ. suppl. χωρας. —

ἀλυτ. χ. — ἀλυτ, habenis, vinculis, quae solui non metuunt, vt indicaret ſtabilem amorem in puerum. — ἀκλιν. φ. perpetua amicitia, et durans. —

v. 5, 6 θελγειν, propr. in re venefica ſolemne verbum, h. l. delinire, mollire animum. — χρον. nam tempore creſcit amor. — συμβ. teſtimonia, ſigna, *Proben*, σωφροσ. temperantiae, et modeſtiae, cum non prodo animum cupiditatibus commotum, *Zurückhaltung;* ξυν. quae tecum mihi communis eſt; neque igitur tempus, nec noſtra modeſtia, quam ad exemplar tuae conformare ſtudeo, id puto per ξυν. intelligi, tuum mollire animum poteſt; vt porro me in vlnis foueas. at fateor, me planiorem et faciliorem interpretationem τε: ξυνης, deſiderare.

v. 7, 8 ἀναξ. vt domina apud Lat. Poet. de puella, ſic h. l. ἀν. de puero explicandum; vel etiam, cum ſequatur, Deum illum factum eſſe, ideo ἀν. dictus, cum Deorum ſolemne epith. eſt. Sic Amor, Apollo; all. ἀνακτες. — Δαιμ. Amor videtur deſignari. Sic certe XXVIII. 1. — ἐν σοι, tamquam Deo. — Poſſis etiam cum his conferre, illa Horatiana Od. III. 9, 24. Tecum viuere amem, tecum obeam libens.

CARMEN XXII.

v. 1, 2 παρ' ἡβ. vltra iuuentutis florem progreſſum. — πολ. metaph. *obſtat*, impedimento eſt. — paulo alio ſenſu, *bellum*, ap. Horat. Satyr. V. ventri indico bellum. δερρις, cutis aſpera et hirſuta. — ὀπιϑ. verb. obſcoenum, et in re amatoria non inſolens.

v. 3, 4 ἀλλ', excitandi et cohortandi particula. ἐν γλ. φ. Νεμ. Dea Nemeſis formam tuam et cutem immutare bene nouit, vt *duros nequeas mouere lumbos;* quemadmodum hoc extulit, Catull. XVI. 11.

CARMEN XXIII.

v. 2 ἀντιον, ſuppl. ἐρχομεναι. — ἠγκ. ε. τ. χ. iungite dextras Ariſtagorae manibus delicatis, poet. pro: excipite Ariſtagoram veſtro praeſidio et choro, cum gratia veſtra digniſſimus ſit. Cum autem tres Gratiae ſint, vnaquaeque earum in eo deprehendere poteſt virtutem, quae eam alliciat. Etenim

v. 3, 4 μ. βαλλ. φλ. facies et formae pulchritudo fulgore suo inuitat ad amandum puerum. γλυκυμ. de amantium susurris. καιϱ. opportune dicta, dulcia verba. — σιγ. ο. λαλ. v. XIII. 1 oculi sedes pulchritudinis et amoris testes.

v. 5, 6 τηλ. μ. πλ. procul abeat a me, ne scilicet me oculorum flamma plane consumat. — τι δ. πλ. at quid profecero, eo, quod a me fugiat? certe nihil; ita longe enim pulchritudinis fulgorem et ignes iaculari potest, vt Iupiter fulmina. Oculorum autem fulgor saepius comparatur cum Iouis fulmine, respectu potentiae, cuius rei plurima exstant exempla in Analectis, imo in his carminibus. — μακϱα est procul, e longinquo, eminus. — νεον iuuenem amantem.

CARMEN XXIV.

v. 1, 2 ἁβϱ. γελ. π. dulce ridentem, vt de Lalage Horat. I. 22, v. 24. — μετ' ἀγκ. quem in vlnis fouerem.

v. 3, 4 ἤγαγ' Εϱ. adduxit Amor, somnio scilicet, ὑπ. χλ. vt videretur sub veste mea esse. — στεϱν. βαλ. π. χϱ. ἀπ. Ouidius dixerit: *Et nudum pressi corpus ad vsque meum.* — κεν. ἐλπ. ἐτϱ. spem nutriui, foui, vt nempe puer delicatus, de quo somniabam, ad oscula me et reliqua excitaret.

v. 5, 6 π. ϑ. μεν μνημ. recordor, et quidem vehementi desiderio; ὑπν. ἑ. ὀμμ. αἰεν ἐχω, hic somnus mihi semper ante oculos versatur, ὑπν. ἀγϱ. πτη. φ. qui captauit, et ad me adduxit, imaginem, vmbram hanc alatam, solemne phantasmatum epithet. πτην. alata somnia enim pinguntur ob celeritatem et instabilem naturam. —

v. 7, 8 δυσεϱ. ψ. quae in amorem nimium effusa es. — ποτε tandem aliquando. — εἰδωλ. καλλευς pro: imaginibus puerorum pulchrorum. κωφα, aduerbial. — χλιαιν. particip. pro infinitiuo, χλιαινεσϑαι. Nihil magis obuium, hoc idiotismo: vid. Viger. de idiot. Gr. dict. pag. 330 sqq. ed. Zeun. Atque itidem apud Lat. inuenimus. Plaut. Asinar. III. 3.

CARMEN XXV.

v. 1, 2 πονος, de omni re, quae nobis molestiam et sollicitudinem quandam creat. sic apud nostrum car-

mine LVI. σοφιας πον. — h. l. et in epigr. sq. v. 7, sollicitudo in amore, et amor is qui sollicitat. Eodem sensu verbo πονειν vtuntur poetae. Anacr. Od. III. 32.

σν δε καρδιην πονησεις.

Et Lat. Ouid. Amor. I. eleg. 11, v. 6 de Nape, Corinnae ministra:

Saepe *laboranti* fida reperta mihi.

ἀλνων, Amor vagus, hinc inde volans, et curis et sollicitudine pectora replens et inquietans. — ἀκρον. summa, alta nocte, ἐκν. pupugit, vellicauit. Herodot. VI. 62. Αρισωνα ἐκνιζε ὁ Ερως. — δακνειν, κνιζειν, νυττειν, synonym. v. Dorvill. ad Char. L. VI. c. 5. — θερμ. Ερ. ignem amoris enim suscitat, inde θερμος.

v. 3, 4 μειδ. subridens, gaudio aliquo exsultans maligne. Anacr. Od. III. ἀνα δ' ἀλλεται καχαζων. — ἐξ. ταχυ τ. γλ. κρ. ab hoc inde tempore, πιομ. μελ. λαβ. cum biberis i. e. senseris dulcem at etiam λαβρον vehementem, amarum, sollicitum amorem, ab hoc inde tempore vagam senties commotionem animi, et mistam quidem, ita, vt,

v. 5, 6 ὀυτε φυγ. δυνασαι, ὀυτε μενειν. hoc enim per κραμα, puto, dicere voluit. i. e. omnes sensus tuos ita abripiet Διοφαντ. vt nescias, quid tibi faciendum sit. ἐρνος, propr. surculus, inde transfertur ad animalium prolem, cf. Theophr. de Nat. Anim. ibique Casaubon. et h. l. dicitur de puero, florente aetate et pulchro.

CARMEN XXVI.

v. 1 Ειν οδ. in via, igitur, sub dio. το μεσαμβρ. suppl. κατα: meridianis horis, significat his diei horam, per vers. seq. anni tempus. — ἀρτιχ. κ. cui decus suum adest, maturus. — καρ. θερ. dum tempore aestatis demetantur fruges.

v. 3, 4 διπλ. ἀκτιν. solis radii partim, partim ignis amoris, quem erga Alex. conceperat.

v. 5, 6 ὡς μεν, solis aestum, ἐκοιμ. ν. — κοιμιζειν, vim alicuius rei reprimere et coercere. oppon. ἀναφλογιζειν. — sic κοιμ. epigr. XXXII. v. 2. — ειδ. μορφ. imaginem Alex. pueri.

v. 7, 8 λυσιπ. ἑτερ. aliis quidem qui eximit curas somnus. somni epith. λυσιπ. satis notum. — ἐπ' ἐμοι ἐτευξ. vulgarior locutio fuisset ἐμοι ἐτευξεν, omissa praepo-

fitione — πονον, vid. anteced. epigr. v. 1. — ἱμεϱτ. π. fc. ἑϱπυζε, ignes amoris, reptantes per me totum, vivam Amoris flammam. *lodernde Flamme der Liebe.* ἀπ. ψ. κ. expreffa in animo meo pulchritudine, i. e. pulcherrimi pueri imaginem, exprimens, fingens.

CARMEN XXVII.

v. 1 fqq. Hoc epigramma egregie interpretatus eft Brunckius mihi vere cultus et colendus, et quidem fic: „Hic" ait „de puerorum amoribus agitur. in pri-„mo difticho poeta non Pana, fed caprarios filere iu-„bet. in fecundo non Apollinem, fed facerdotem „Apollinei templi, cui in honorem amatae Deo Daph-„nes, nomen Apollini carum, Daphne, impofitum. „duo pueri in tertio difticho foli memorantur: nihil „ibi de puellari amore. *Nec Daphnis Pani amatus, nec* „*Hyacinthus Apollinis deliciae amplius celebrandi funt,* „*fed Dion folus.* Sic fibi omnia refpondent, et apte „cohaerent. μηδε συ πϱοφητι παϱθενιη· hoc confertur „cum αἰπολικαι συϱιγγες. μελπε ἐτι Ὑακινθον· cum μη-„κετι Δαφνιν φωνειτε. τον τεϱχθεντα λυϱη Φοιβοιο, cum „αἰγιβατῃ Πανι χαϱιζομεναι." — αἰγιβατης, capras pone fequens, folemne Panis epith. Sic, χιμαιϱοβατης eft in Leonid. Tarent. XXXIV. v. 1. Anal. T. I. p. 229. — χαϱιζομ. συϱιγγ. eo, quod Daphnin Pani amatum carmine celebrarent.

v. 3, 4 λυϱῃ Φοιβ. dixit poeta, pro Φοιβῳ λυϱαοιδῳ, aut quia fingitur Apollo amafio Hyacintho affectus fuos fidibus faepe cecinifle, pueri pulchritudinem celebraffe, et mortem lugubribus elegiis ad lyram cantando defleuiffe. *Br.* — πϱοφητ. παϱθ. facerdos virgo, forte de Pythia cogitauit.

v. 5, 6 ἦν γ. ὅτ. ἦν, fcil. τεϱπνος, e v. 6. — Ποθ. σκ. Δ. ἐχ. Dioni iam eadem potentia eft, ac illorum Ποθ. — regnat, dominus eft iam Dion.

CARMEN XXVIII.

v. 1, 2 καμαι ferui eft, λαξ ἐπ. domini. ἀγϱ. Δ. Amor ferus, vulgaris imago. — Sic fere Ouid. Amor. II. 9, 34.

Fige, puer, pofitis nudus tibi praebeor armis.

v. 3, 4 ἰμπ. τ. igne quasi vncta tela. — πυρσ. i. e. πυρ. Hesych. πυρσῷ, πυρί. nouimus et experti sumus quidem ignita tela tua, eorumque vim et potentiam, at fac, vt me igne quoque ipso tangas, ferias, tamen ὀ φλ. η. — — πασ. γ. ε. τεφρ cinerem enim iterum cremare non poteris. inexspectata sententia, ideoque pulchra et suauis.

CARMEN XXIX.

v. 1, 2 cum in amoris pelago nauiget poeta, omnia ad nauigationem spectant. ναυκλ. nauis domina est Venus. Ερ. gubernator, gubernaculum regens, ψυχ. πηδ. — Ποθος βαρυ π. κυμ. vehementer spirat, fluctus tollit. spectat hoc ad animi commotiones. ἕνεκα quippe, cum. — παμφ. alludit quidem ad mare Pamphylium crebris tempestatibus agitari solitum; sed παμφυλῳ appellatiue positum: *in mari omnis generis puerorum.*

CARMEN XXX.

v. 1, 2 ἡδυ sc. ἐστι. — ακρ. mero immiscere γλ. ν. με. mel. melle autem vinum condire quasi et miscere solebant veteres. — παιδοφ. puerum pulchrum amare, καυτ. ε. κ. cum ipse amans pulcher sit.

v. 3, 4 ἁβροκομ. teneris, delicatis capillis praeditus: ad pulchritudinem declarandam valet. — οντ. vere hoc, talis amor, est Κυπρ. οιν. propr. a Venere conditum melle vinum, h. l. metaph. dulcissimus, suauissimus amor.

CARMEN XXXI.

v. 1, 2 v. varr. lect.: — λευκανθ. propr. florem album habens. ἀνθος tamen de pulchritudine et quidem de colore pulchro, virenti, pueri s. puellae dici notum est. v. Klotz. ad Tyrt. p. 68, qui ad nauseam vsque exempla collegit. iam λευκ. h. l. est, niueo et splendido colore. — ὁ δε Σωπ. αντια suppleo: ἐχω contraria habet, nempe contrarium colorem, ille enim erat forte nigricans, τυδ. μελ. quam hic flauus puer, Cleobulus. Κυπρ. ανθοφ. Veneris pulchritudinem referentes: iam in sqq. quae exciderunt forte clauis ho-

rum priorum verſuum fuiſſe debuit. Caetera ob eandem cauſam intelligi non poſſunt.

CARMEN XXXII.

v. 1, 2 ἀγρ. ποϑ. amorem ardentiſſimum, et, qui me dormire non ſinit. — κοιμ. ſopi, i. e. reprime. bene autem κοιμ. cum dixiſſet ἀγρυπνον. valet vero idem Ερως amorem excitare et reſtinguere. — Μεσ. ἱκ. cantum, quo te hoc oro et rogo. Muſae autem mentionem facit, quam Amor, vt Deam, magis reuereatur, quam ipſum. —

v. 3, 4 Nihil magis obuium, quam quod amantes iurent per Deos Amoris, eorumque attributa, quibus vim et potentiam Dii iſti exerceant; ſic ſupra XVII. 3; LII. 1; LXVIII. 1, ſiue etiam per amatum puerum, ſiue puellam, eorumque praedicata pulchritudinis, vt ap. noſtrum XXXIV. 1; XLIV. 3; LXVI. 1. — h. l. poeta per tela Cupidinis iurat, quibus maxime vulnerabatur, quo vim et amoris ardorem indicaret. Sic et Ouid. Amor. II. 7, 27.

Per Venerem iuro, puerique volatilis arcus. τα μη δεδιδ. β. α. quae non didicerunt alium vulnerare, i. quae non ſolent βαλλ. h. l. abſolute vulnerare, vt eſt in Scolio XV. Anal. T. I. p. 158.

Υπο παντι λιϑῳ σκορπιος,
ὦ 'ταιρ', ὑποδυεται· φραζευ, μη σε βαλῃ.

πλῆνα β. i. q. apud Hom. πλερoεντα. fieri tamen potuit, vt tantum ob Ερωτα πληνον dixerit βελη πλῆνα.

v. 5, 6 ει μ. ε. κτεν. perimas amore. λαψ. ἐπ. τ. γρ. epigramma, inſcriptionem in monumento ſepulchrali, φων. quae moneat nempe viatorem et narret caſum mortui. — Ερ. ὁ. μ. caedem factam, ideoque Cupidinem ſceleſtum. Facete, vt ſolet, Ouid. Art. Am. v. 20.

Inuidiam caedis, pacis amator, habes.

CARMEN XXXIII.

Poeta, cum fulgentem Theronis pulchritudinem deſcribere vellet, eum comparat cum Vniuerſo — τα παντα — quod ſolis radiis egregie ſplendeat. — ἠν δ. τ. π. β. iam, inquit, cum Vniuerſi, coeli ſerenitatem,

folis ignes, fiderumque fulgorem adfpicio, cum igitur tuam, Theron, ita praeclaram pulchritudinem fpecto, τεμπ. ἐδ. ὁ. oculis nebula offunditur, et me excoecat fere tua praeftantiffima facies.

CARMEN XXXIV.

v. 1, 2 Tales difputationes cum animo fuo, f. fecum inuenias faepius in huius poetae carminibus: vt epigr. LV. et LVI. — θυμ. μαθ. qui bene didiceris, μεγ. τολμ. magniloquentem effe, et audacter fuperbire; — ἐφθ. vere ἀοριστως, pronunciafti et adhuc pronuncias. φθεγγ. autem et de quouis articulato et humano fono, v. Dorvill. ad Charit. IV. c. 5, et de quauis fortiori voce. Animus igitur h. l. praeconia quafi exclamatione fatis fuperbe vociferatus effe inducitur. — ναι K. v. XXXII. v. 3. — ἁ μη θ. erat enim contra iuffa Cupidinis, eoque is neglectus videri poterat. — Θηρ. σ. κ. ἀκ. ἐ. Eodem fere fenfu Ovid. Amor. III. 7, 1.

At non formofa eft, at non bene culta puella,
At, puto, non votis faepe petita meis.

Vulpes fcilicet in fabula vuam appetens.

v. 3, 4 ἀλλ' αὐτ. ὑπ. — Nec id folum aufus eras affirmare; fed id quoque idem tu, αὐτος, perfeuerafti, ἐδε πτ. te non metuere, particip. pro infinitiv. Δ. π. κερ. Iouis fulmen, cum quo faepius iungitur flamma amoris et pulchritudinis fulgor. Eft autem idem, ac fi dixiffet: Theronis ignes potentes aeque defpicio, ac Iouis fulmina. At hoc impium vtrumque, nec ita a te factum oportuit.

v. 5, 6 τοιγ. ἰδ. atqui, age, — et iam bono confilio proponit exemplum Niobes ob magniloquentiam in lapidem conuerfae, quo oftendat magniloquentes poenas dare. — την πρ. λ. Niob. ante metamorphofin loquacem, magniloquentem, quae nimis fuperbiret ob filias, de eadem infra λαλον στομα, CXVII. v. 11, alias λαλ. etiam in partem bonam accipitur, vt infra de cicadis, λαλ. πτερυγ. CXII. v. 4, fic quoque λαλιος, et εὔλαλος fynonyma funt. v. infra — προθ. propr. ante oculos pofuit, propofuit, ἰδεθ. vt videas, δειγμ. θρασ. exemplum magniloquentiae et audaciae, qua ratione nempe ea poenas dederit; ἡ βαρ. Νεμ. Nemefis Dea h. l. vindictae, etiam Adraftea vocata, et plu-

ribus locis, nec tamen semper vt vindictae Dea, culta. v. Dorvill. ad Charit. III. c. 8, in primis Herderi elegantissimam disputationem de Nemesi, *in zerstreuten Blaettern*, T. II. p. 237 sqq. — βαρυφ. saeua.

CARMEN XXXV.

Αβρας, sc. νεας, eosque pulcherrimos et multos; ea de causa dixerat epigr. II. v. 11, ολβιστη νησ. ἱερα Τυρος. — ἐκλαμψ. — verbum propr. de solis fulgore, et luce; deinde et de pulchritudine, et ap. poet. et prosaic. vt Aelian. V. Hist. XII. 1, fere in fine. — cum sole autem h. l. comparatur Myiscus, omissa comparationis particula. — ἐσβεσεν ἀς. cum Myiscum soli adsimilaret, caeteros amasios Tyrios sidera facit, quorum fulgorem solis splendor restinguit, sic, vt Myisci pulchritudo exsplendescens caeterorum pulchritudinem obnubilat.

CARMEN XXXVI.

v. 1, 2 ἠγρευθ. captus sum. propr. venatorium verbum, sed transfertur centies ad amorem, vt in epigr. ἀδηλ. IX. T. III. Anal. p. 152. ἠγρευθην ὑπ' Ερωτος. — τοις δυσερ. κ. conuiuia perdite amantium ἐγγελ. risi; cum ipsius animus nempe nondum commotus esset amore, illos conuiuantes et amore perditos vt insanos ridebat.

v. 3, 4 et, cum captus sum, Amore abripior ad te, Myisce. Amor alatus me statuit ante tuas fores; ex more veterum haec dicit, cum et puellae et puero amasio gratissima essent talia, vt, ante ianuam si per noctem amator iaceret, obices forium labefactaret, domumque vi quasi oppugnaret. Inde Ouid. Amor. I. 9. Ille fores dominae seruat, etc. et ibid.

Ille (*miles*) graues vrbes, hic (*amans*) durae limen amicae
Obsidet, hic portas frangit, at ille fores.

et vel sexcenta alia addere quiuis poterit. — Ante has fores igitur me Cupido statuit amantem ἐπιγρ. cum inscriptione, quasi sit ita attonitus Myisci pulchritudine, vt statua facta sit, cui inscribi potuissent verba: Σκυλ' ἀπο σωφ. praedam, exuuias Cupido tibi, Myisc. has attulit, nempe poetam: bene autem σκυλ. cum dixisset, ἠγρευθην, ipsi Ερωτες a Secundo Ep. I. 1. σκυλοχα-

χαρας dicti. — ἀπο σωφρ. quid h. l. fit σωφρ. optime quisque videt, fi cogitet, opponi illi poetae ftatui, in quo iam effet. Animi igitur fobrietas et ftatus, in quo nondum amore vexatus et turbatus erat, eft σωφ. huic animi fobrietati has exuuias, nempe poetam, diripuit Amor: tui, Myifce, amantem fecit.

CARMEN XXXVII.

v. 1, 2 Τον με hunc me, cum indigitatione quadam in fe ipfum, ἀτρωτ. Ποϑ. quem antea Cupidines nondum vulnerarant, cum nondum amorem fenfiffem; Μ. τοξ. ὀμμ. oculis fuis Myifcus me cepit; ὑπο στερ. fub pectore me vulnerauit, magis additum ob ornatum, cum τοξ. dixerat, quam, quod in pectore fedes amoris effet. τετ' εβ. ε. vide, quam fortem et inuictum heroem Myifcum fuum pingit: gloriantem enim eum inducit, non aliter, ac Homerus feu Hectorem, feu Aiacem aliumue bellatorem; ἐβοησ. exclamauit cum gloriatione quadam et alta voce.

v. 3, 4 τον, τετον, ϑρασ. cum Meleager antea, ob σοφιαν, cui ftudebat, amorem reieciffet et pro nugis habuiffet. εἱλ. cepi, vt poft acerrimam pugnam victum, ἐγω. omnia ad oftentationem, quo fplendidior eius gloria in oculos lectoris incurrat. Videmus enim quafi Myifcum, vt Amorem ipfum, potentem, vt Deum aliquem, et lafciue omnia agentem. — το δ' ἐπ' ὀφρ. κ. φρ. σ. σ. praeftantiffima imago. omnia fpirant faftum et fuperbiam, quae tunc temporis philofophos infignes faciebat. φρυαγμα, vt docent Gramatt. vett. de equorum hinnitu propria vox, quem edunt, quando fuperbe incedentes colla extollunt; inde quamcunque arrogantiam et faftum fignificat; et cum reductum alte fupercilium fignum effe foleat talis fuperbiae, huius fedes in fupercilio effe exhibetur, cum ἡ ὀφρυς ipfa faepius arrogantiam philofophorum notet. v. Ill. Heynium, ad Epictet. cap. XXII. itaque poeta φρυαγμα ἐπ' ὀφρυσι dixit. Iam haec σοφια infigni epith. ornatur, τῳ: σκηπτροφ. cum enim reges σκηπτρα geftent, haec σοφια, tanquam regina, at, vt videtur, ἡρωικως proponitur, quae infignia regum geftaret, quibus, vt heroes Homerici, Achilles et alii, ad fuam praeftantiam, eminentiam et dignitatem indicandam,

vteretur. Haec omnia suauiter afficiunt lectorem, praesertim cum in tam leui carminis argumento haec non exspectet. — ποσσι πατω. et id quoque perfectissimam victoriam indicat; quod enim reges et heroes victores in illis antiquis temporibus faciebant, vt victis insisterent pedibus, id Myiscus faciebat superbo et arroganti ob σοφιαν poetae, qui amoris vim et potentiam antea tam superbe reiecerat. Simili sententia vsus Hermesianax in Eleg. v. 85, v. Epist. Crit. Ruhnk. Cel. II. p. 297.

— — δεινον δ᾽ ἠλθον υφ ἡνιοχον.

v. 5, 6 Iam victum videmus poetam. Myisco, ὁσον ἀμπν. quatenus aliquis, qui vix respirat paululum, respondet, et quidem vt victum decebat, Φιλε κ. — τε θαμβ. sc. ἐςιν, quid mirum, Te vicisse? — και Z. καθ. Ερ. Amor et Iouem cepit: cum laude aliqua in Myiscum hoc dicit, adsimilat enim eum Amori Deo; is Iouem, summum illum Deum, cuius potentia mea tam longe inferior est, ab Olympo egit ac vicit, vt nempe Ganymedem raperet; de quo Poetam cogitasse credo. Cui hos versus legenti non succurrebat, Propertii initium. L. I. Eleg. 1, v. 1-6.

Cynthia prima suis miserum me cepit ocellis
  contactum nullis ante Cupidinibus.
Tum mihi constantis deiecit lumina fastus,
  et caput impositis pressit Amor pedibus,
Donec me docuit castas odisse puellas
  Improbus, et nullo viuere consilio.

CARMEN XXXVIII.

v. 1, 2 ἠςρ. fulget, emicat. ἀςραπτειν et λαμπειν, de emicante pulchritudine saepissime dici solent. v. Dorvill. ad Charit. IV. 1. — γλ. καλλος, puto h. l. esse παις καλος και γλυκυς. puer aliquis pulcher emicabat e longinquo, vt nondum poeta eum plane agnoscere posset. Nos similiter dicimus: *eine Schönheit*; pro: *ein schönes Frauenzimmer*. — ἰδ. φλ. ὀμμ. β. et hic pulcherrimus puer, ex oculis fulgurat, fulmina torquet. — attonitus et haerens poeta: ἀρα, num quid? ἀνεδ. ostendit et apparere facit Ερως, παιδ. κερ. puerum fulgure, Iouis instar, pugnantem, eoque imperantem? ideo potentem, qui omnes imperio subiiciat

suo. κεραυνομαχης in Lexx. vulgg. deest: et est h. l. dorica forma. v. Br. ad Euripid. Hippol. 140.

v. 3, 4 iam aperte videt Myiscum et ipsi gratulatur, χαιρ. — φερ. qui feras, ἀκτινα Ποθ. facem Amoris et Cupidinum θνατ. mortalibus, igitur in terra, cum Cupido Deus Diis luceat, iisque imperet. Salue, Myisce! vt Cupido aliquis in his terris! — λαμπ. opto, vt luceas mihi φιλιος πυρσος. πυρσ. est fax, h. l. amor ardens, splendeas lux mihi amica; amore tuo me recrees semper et foueas.

CARMEN XXXIX.

v. 1, 2 ἐν κ. οἰδ. vnum noui, quod pulchrum est, το παν, aduerbial. sumendum puto: *omnino*, et hoc vnicum, quod mihi pulcherrimum videtur, est, quod oculos cupidissime spectat Myiscum. ταλλα, κατα τα αλλα.

v. 3, 4 παντα δ' ἐκ. ἐ. φ. ille se mihi si praebeat spectandum, omnia in eo conspicere mihi videor. conf. Carmen XXXIII. illo nihil in toto orbe terrarum carius habeo. — ψυχ. προς χ. i. e. ἑνεκα ψυχης, cum e praeconcepta animo pulchritudine oculi blandiri forte potuissent; v. Brunck. V. III. ad Soph. Antigon. v. 30.

CARMEN XL.

v. 1, 2 ἐτ' ἐστιν, adeoque eodem feruet amore in pueros pulcherrimos, Γανυμ. ἀκμην, Ganymedis iuuentutem i. e. Ganym. iuuenem. res pro persona. Suid. ἀκμη, ὀξυτης, αὐτη ἡ ῥοπη της του πραγματος ἐπιτασεως· και ἡ δυναμις, και ἡ νεοτης. — v. varr. lect.

v. 3, 4 και εμοι, και h. l. format apodosin. — μη με λαθῃ, ne me fallat, nempe Iupiter. βαλων παιδι, supple; περι παιδι, cum scilicet vt aquila aduolat, vt erat cum aliquando rapuisset Gnanymedem. — Huic epigramm. non absimilia loca ex Antholog. vid. ap. Dorvill. ad Chariton. p. 213, et p. 405, adde Ovid. Heriod. 15, 87.

CARMEN XLI.

v. 1, 2 Στησ. ἐγ. κ. Ζ. ἐ. opponam me vel Ioui: νεκτ. οἰν. vt raptus esse velis ipsi οἰνοχ. νεκτ. vt Ganymedes.

v. 3, 4 καιτ. π. αὐτος ταδ' ἐλ. quamquam ipſe, intell. Iupiter, mihi haec ſaepius promiſit; αὐτος enim ad Iouem refero, ob v. vltimum, μη ψευς. Z. et tota carminis ſeries id poſtulare videtur. Quod ſi autem Myiſcum intelligere velis, crederes diſtichon excidiſſe. — at qua ratione Iupiter haec poetae promittere et dicere potuit? Hic non facile me expedio, niſi putem, id plane poeticum et fictum eſſe: concilio enim Iouis et Deorum digni habentur poetae. — Τι ταρβεις, δια τι τ. — ὀ σε βαλω ζ. non te aemulatione angam et inuidia. Dicunt autem Graeci, et, βαλλειν ζηλον et ζηλῳ, vt βαλλειν ποθον et ποθῳ. — οἰδ. π. ἐλ. noui enim et ipſe παθ. amore ſaepe inflammatus, et doloribus inde natis anxius, ἐλ. amantis misereri. —

v. 5, 6 χὡ μ. δ. τ. φ. et is quidem haec promittit, nec ei fidem habeo. ego tamen ταρβω, timeo; ἠν μ. π. ſi vel leuiſſimum ſonum audio, prouerbial. locutio. — forte cogitauit etiam poeta, Iouem in muſcam mutatum aduolare poſſe et eum fallere, ideoque dici potuit Ζευς ψευστης. Ouid. Amor. I. 10, v. 7, 8.

— — aquilamque in te taurumque timebam
Et quicquid magno de Ioue fecit Amor.

Sed, ſi αὐτος de Ioue exponas, ψευστης eo ſenſu ſumi debeat, vt ſit mendax, qui promiſſa forte non ſeruet. — ἐπ' ἐμ. γ. ad me veniat et contra me ſtet, dum rapere in animo haberet Myiſcum.

CARMEN XLII.

v. 1, 2 Φρενολ. Cupido, qui corda rapit. Synonym. fere ψυχαπατης. Sophocl. Antig. v. 791, de Cupidine:

σε και δικαιων ἀδικους
φρενας παρασπας ἐπι λωβᾳ.

ἀγρια τοξα, propr. Amor ipſe ἀγριος, vt ſupra Carmine XXVIII. ἀγρι Δαιμ. hinc et eius τοξα ἀγρια, quibus ſaeuit, et fera vulnera infligit. διφυης, propr. de monſtris, vt Centauris, qui duplicis naturae ſunt; inde, generali ſignificatione, geminus, h. l. ταρσ. διφ. geminae Cupidinis alae. — ἀνεις — ἐρριψας — dixit, vt pingeret Amorem triſtem, et conditionem, qua eſſet; qua amantes eſſe ſolent, qui ex amore cuncta obliuiſcantur, nec negotia ſua curent.

v. 3, 4 δυσμαχος, Myiscus dicitur, cum alias ipsi Cupidini hoc epith. additur, vel aliud idem significans, vt ap. Soph. Antig. v. 781, ed. Br.

Ερως ἀνικατ᾽, αμαχαν᾽

Ερως —

ομμ. αἰθ. oculis te vrit, te ad se amandum pellexit. — ὡς μολ. sic tandem — ἐμαθες sentis. παθων v. epigr. anteced. v. 4. οἱα, ea, eorumque vim et amarorem amoris et vulnerum, quae tu infligere soles. ἐδρ. — ἐνεργως sumendum, damnose et insolenter fecisti.

CARMEN XLIII.

v. 1, 2 Ηδυς, oppositum est τῳ: ἀνιηρος, v. 3 est igitur hilaris, laetus, ideoque facilis in amore. — και τανομ᾽ — et hanc ob causam, eodem nomine, ob id ipsum, sic explico το ὀνομα, ἐςι μοι γλυκ. κ. χ. gratus mihi suauissimusque est. Reliqua sic construe: ἱνα ἐχω μη προφασιν, ἐχι φιλειν sc. αὐτον. vt igitur praetextum non habeam, cur eum non amem. — μη ἐχι, vt duae syllabae legend. nam, η α, η οι, η ε, η ω, in vnam syllabam coalescunt, non eliduntur, v. Brunck. V. S. ad Tragici Oedip. Col. v. 1115, et Antig. v. 33.

v. 3, 4 γαρ, affirmatiue, profecto, vere. — ἀνιηρος est is, a quo aliquid coacti patimur, vt eum tamen fugere non liceat. docte sic Brunck. exposuit h. v. ad Theogn. in Gnom. v. 290, igitur h. l. in amore molestus. ὁ. τ. π. Ερ. σ. μ. Morositas in amore per το πικρον, facilitas, hilaritas et lasciuia per το μελι indigitatur. Scit igitur Cupido amori nouam gratiam conciliare, eo, quod interdum ad arcana amantem non admittat.

CARMEN XLIV.

v. 1, 2 τἀμά, pro τα ἐμά, contracte; inde prior syllaba longa est, et scribendum forte τᾶμα. Primam vero si breuem inuenias, non cogitandum de contractione, sed est, ac si scriptum habeas, τα ᾽μα, ε reiecto per apostrophum; leuiora quidem, dum accentuum doctrinam pro nihilo existimo, notanda tamen. — — πρυμν. β. ἀν. εν σοι, locutio desumta ex re nautica. Vita, tanquam nauis, retinacula sua habet, ea in Myisco religata. a Myisco pendet omnis vitae salus. Cogitare

forte etiam potuit de Parcarum filis poeta. — ἐν σ. κ. ψ. πν. το λ. ε. ſynonyma fere ſententia antecedenti, vt ſi dicas: quod ſpiro, tuum eſt. πνευμα ψυχ. vitae anima. *Hauch des Lebens.*

v. 3, 4 per oculos pueri iurat; vulgare! Hi oculi nominantur λαλ. κωφ. fere prouerb. locutio, vt exprimeret vim oculorum et vehementiam. — Φαιδρ. ἐπισκ. ſupercilium — φαιδρ. hilare, egregie ob ſeq. συννεφες. illud de die ſplendido et coelo ſereno, propr. et hoc: de die obſcuro, polo nubibus obducto, ad ὀμμα transductum; —

v. 5, 6 βαλῃς, explico, circumagitas, rotas; verterem: *wenn du dein umwoelktes Auge rollſt.* — χαμ. δεδ. ſi nubibus obductum coelum eſt, facile videmus tempeſtatem oriri, ſic in Myiſco, cum oculi eſſent non hilares, ad amorem propenſus non videbatur, ideoque adultero poetae moleſtus et tempeſtuoſus. ἢν δ' ἰλ. β. oppoſ. τῳ: ἢν μ. σ. ὀ. β. — ἡδυ τεθ. εαρ, ver ridet, floret dulce ver, beatiſſimus ſum, cum tu me exhilaras.

CARMEN XLV.

v. 1, 2 χαμ. μ. πν. tempeſtuoſus quidem ventus eſt. allegorice haec ſumenda. cum enim Noſtro ſint familiaria: Veneris pelagus, Venus nauis domina, Cupidines venti et aurae in amore, cf. ſupra epigr. XXIX. et alia; ſic hic χαμ. πν. amore commotus animus, et affectus animi feruentes. — ἁρπ. κωμ. comiſſationibus ereptum, cum comiſſabundus erraret. — γλυκ. Ερ. ob dulcedinem et curas in amore ſic dictus Amor Deus: felices ſunt Graeci in talium compoſitione. Succurrit verſus ex epigr. Macedon. Hyp. Anal III. p. 112, ep. 4, vbi praeclarae compoſitionis vox φιλοπαλυγελως de puella hilari et laſciua:

την φιλοπαλυγελωτα κορην ἐπι νυκτος ἀνεργα
εἰχον, ἐπισφιγξας πηχεσιν ἡμετεροις.

Nulla verſione exprimi nobis licet την φιλ. κορ. —

v. 3, 4 ἐς ὁρμ. δεξαι. ὁρμος ſtatio nauium, portus. Myiſcus poetam in portum, vt nauigantem, — ad ſe igitur recipere debebat. Κυπρ. ἐν πελ. ναυτ. amori deditum, et in amore, tanquam in mari, nauim agentem. Eodem modo dixerat de ſe epigr. XXIX. v. 4.

παμφυλῳ παιδων νηχομαι ἐν πελαγει.

CARMEN XLVI.

v. 1, 2 ad eundem Philoclem, ad quem erat epigr. V. itidem certe in amore effusum amicum. — τερπν. referendum est ad mollem et teneram cutem. — ἐν ὀμμ. δ' Ηρ. cum hic, vt v. sq. ὀσφ. δ' Ουδ. nec verbum, nec praedicatum sit, puto ex sqq. intelligere καλος ἐςι, notione generali. Huius generis ellipses, quamuis sint frequentes ap. Graecos; v. Dorvill. ad Charit. L. III. c. 3. haec tamen mihi durior videtur, nisi h. l. illud subueniat, vt tibi persuadeas, poetam animatum et plenum fuisse idea tali, quam exprimere vellet, et eam omisisse, cum putauerit, lectorem eodem modo incalescere. — ἡδυεπης dulce loquens, vt supra, vbi notauimus ex Horat. dulce loquentem Lalagen. inter ornamenta autem puellae s. pueri erat, dulce loqui et garrire posse. Sic supra de Aristagora, γλυκυμυθα καιρια; cf. V. v. 7. —

v. 3, 4 ἀπαλοχρ. ad Diodorum referendum. vid. varr. lectt. — τον δε . . . . το λαπ. haec aposiopesis magis ad poeticum ornatum pertinere videtur, quam vt opinemur, pudore aliquo hanc poetam admisisse, quod testatur locus supra c. V. 5, 6, satis turpis et obscoenus.

v. 5, 6 ἀφθ. qui non inuidet Philocli, amore frui omnis generis puerorum, at solum Myiscum sine aemulo retinere cupit. μηκ. ἰδ. τ. καλ. ne omnino quid pulchri videas, animaduertas in amasio Myisco, quo forte possis ad eum amandum propelli.

CARMEN XLVII.

v. 1, 2 Panis amores in Daphnin satis noti, vel ex Theocrito et aliis: adde epigr. XXVII. nostri. — Tristis ob mortem huius amasii omnem odit vitam iis in locis saltem, vbi antea consueuerat degere, et omnia vel sibi alias carissima negotia; ex natura nempe et sensu amantium haec poeta duxit, qui si perdiderint, quod amassent, iam omnes locos fugiunt, quibus consuerant cum amata esse, et ludere, et amore frui; et quibus odio est omne negotium, imo omnis vita. — h. l. negat Pan ouium custos, amplius inter oues versari, montes autem et syluas fugere velle. — ὁ τραγοπυς solemnis Panis epith. ὀρεων κορυφ. summa mon-

tium, remotissima enim quaeque ab hominum adspectu et congressu tenent Dii, in terris plurimum habitantes.

v. 3, 4 τι γλ. μ. τ. ποϑ. iam non amplius obiectum aliquod amoris inuenio, ἐν ὀρ. in siluis, vbi antea Daphnin inuenire solebat. Δαφν. Δαφν. cum affectu nomen iterat. — πυρ, amorem ardentissimum.

v. 5, 6 ἀςυ τ. ο. vt nempe remotus sit ab iis locis, qui in animum reducant memoriam Daphn. — ϑηρων ἐπ' ἀγρ. αλλ. ς. et venatio illi, gratissimum alias sibi negotium, iam odiosa est. — ϑηρ. ἐ. α. ad captandas feras. Pan enim venator ferarum. Ov. Fast. II. 285.

Ipse Deus (Pan) velox discurrere gaudet in altis
Montibus; et subitas concitat ille feras.

Theocrit. Idyll. I. v. 16.

— — — — τον Πανα δεδοικαμες· ἠ γαρ ἀπ' ἀγραν
τανικα κεκμακως ἀμπαυεται.

τα παροιϑ'. quae antea grata fuerunt Pani, i. e. mihi, οὐκέτι ἐςι φιλα.

CARMEN XLVIII.

De hoc epigr. quod corruptum legitur, vid. varr. lectt. nihil addam, praeter ea, quae Brunck. V. III. monuit de verbo ἀνδροβατειν. „Obseruandum est hic verbum „ἀνδροβατειν, quo carent Lexica. Verbale nomen est „apud Hesych. παιδοπιπας, ἀρσενοβατης, ἀνδροβατης.“

CARMEN XLIX.

v. 1, 2 Iam Theron turpis et Apollodotus. — γραφ. ἐμοι. a me dicitur, cantatur. — πυραυγ. πρ. ποτε. igni, flamma olim fulgens, adeoque pulcher, nunc δαλος, titio, oppositum τῳ, πυραυγ. — amasius iam minus placens. Eadem ratione dicitur ab Hor. L. IV. 13, v. vltimo, Lyce, dilapsa in cineres fax: quod egregie monuit Dorvill. ad Charit. L. I. c. 3.

v. 3, 4 ϑηλ. ἐρ. femineum amorem, puellae amore iam teneor. — δασυτρωγλ. quod verb. in vulgaribus Lexx. frustra quaeras, est significatione satis obscoena, nec imperito explicandum. Et totus hic locus ita comparatus est, vt eum legere nequeas, nisi erubescas. v. Toup. ad Suid. T. III. p. 86.

CARMEN L.

v. 1, 2 ξεῖνον, nouum, inauditum, mirum. *befremdend.* — βροτολ. Ἐρ. fatis facete; cum βροτολοιγ. Ἐρ. alias epith. Martis fit: vt ap. Hom. Ἆρες, Ἆρες βροτολοιγέ, μιαιφόνε, fupra Carm. XXXII. μιαιφονίην patrare valere Amor dicebatur. — πυριπν. τοξ. C. XVII. erant πυριβλητοι ακιδες. Horat. dixit, ardentes fagittas,

Semper *ardentes* acuens *fagittas*
Cote cruenta.

Et Ouid. Amor. I. eleg. 15, ignes et arcus iunxit, eoque idem expreffit; donec erunt *ignes arcusque*, Cupidinis arma. — λαμυροις ὀμμ. qui minantur, faeuitiamque prae fe ferant, cum ipfe Amor fit βροτολοιγος. — πικρ. γελ. ob amaritudinem rifus et minas vultus. Simili modo Alciphron et Charit. dixere, πικρον βλεπειν.

v. 3, 4 Venerem Vulcano nuptam, clam concubiffe Marti, fatis notum. Hom. Odyff. L. VIII. 269. fqq. Ouid. Metamorph. L. IV. v. 169 fqq. — inde erat κοινα πυρι, Vulcano, και ξιφ. Marti. Haec fi referas ad Cupidinem, eiusque naturam, allegorice de amore, quem excitat, πυρι, et de crudelitate in amore, quae confpicitur, aut fentitur, aemulatione inter amantes exorta, ξιφεσι, fumenda funt.

v. 5, 6 ἧς, fc. Cupidinis, matris mater, auia igitur Cupidinis, vt ita dicam, θαλ. mare, e quo Venus orta dicitur, μαςτ. ἀν. fuppleo, πληγασα ventis agitatum, τρ. βοᾳ, fonat. βοᾳν autem inter alia etiam dicitur de clamore et fonitu aquarum, vt nos quoque dicimus: *der Sturm, das Meer heult*, et h. l. τραχυ βοᾳ de alto et magno fono. vid. Doruill. ad Charit. L. I. c. 3, vbi totum hoc epigramma laudat. — Haec autem appofuit, vt appareat, qui non mirum videri poffit, fi Amor animos commoueret et omnia turbaret. — γενετ. ἐτ. τ. neque alicuius pater eft Amor, cum puer eft, ἐτε τινος fc. γενετης ἐςιν υἱος quia Venus eum ex fe ipfa, fine coniuge, genuit. Addit autem hoc, vt eo mirabiliorem pingat Amorem.

v. 7, 8 vid. verfus priores. αἱματοφ. β. caede madida, cruentata. quibus igitur βροτολοιγον fe videndum praebet.

CARMEN LI.

v. 1, 2 Δανος Ερ. — δανον est, quicquid in genere suo modum excedit; h. l. igitur Ερως non modo terribilis, imo etiam, cuius viribus resisti nequit. Sic de eximia pulchritudine Atalantae, Aelian. V. H. L. XIII. 1 — Potentiam Amoris autem et vim, hac vituperatione et fatendo credebat poeta sibi leniorem fore; iam, cum nihilo secius eum vehementer premeret et vexaret, addit: τι δε το πλεον sc. προσεστι, quid autem hoc prodest, etiamsi saepius querar, et exclamem: δαν. Ερ.

v. 3, 4 Adeo enim petulans est Amor, qui his irrideat; κ. π. κακ. et frequenter vituperatus, gaudet insuper. — απ. λ. plus est, quam κακισθ. — τρεφ. insurgit, et atrocior quidem. τρεφεσθαι de omnis generis incremento dicitur: και autem h. l. vt saepe, apodosin format.

v. 5, 6 Φανεισα, quae appareres, emergeres, δια γλ. κυμ. cum e mari nempe orta diceris. πως συ πυρ τετ. ἐξ ὑγρ. — πυρ et ὑγρ. in his oppositis acumen epigrammatis est. — qua tandem ratione fieri potuit, quae πυρ Amorem, qui flammas ignesque creet, ipse plane igneus, e mari genueris? — cum tu e spuma maris orta, et ex te ille sit?

CARMEN LII.

v. 1, 2 παντα πυρ. omnia incendens, quae insignia geras; et ex his nominat solummodo τοξ. κ. φ. vide imaginem laesi et irati, qui plura minatur, quam quae exsequi licet. — φλ. τ. — και Σκ. ἰοδ. epitheta ornantia. Σκυθ. cum nempe Scythae essent arte iaculandi peritissimi, bene Amoris pharetram sic appellat, vt qui nunquam aberraret a scopo. ἰοδοκ, sollemne epithet. tela recipiens.

v. 3, 4 ματ. γελ. — ματ. est aduerb. quid rides haec, vt vane, stulte, frustra a me dicta. — σιμα σεσηρ. μυχθ. Haec verba Suid. v. σιμα, adducit. egregia pictura Cupidinis salse ridentis. ταχα π. mox quidem, σαρδ. γελ. scribitur σαρδανιον, σαρδονιον et σαρδωνιον. est autem prouerb. de iis, qui risum simulant et fingunt, cum tamen ita hilares non sint, vt ridere ament. Suid. in V. σαρδαν. γελ. παροιμια, ἐπι των ἐπ' ὀλεθρω τω σφων αὐτων γελωντων, — ὅτι οἱ Σαρδονα κατοικουντες αἰχμαλωτων τας καλλιστας τε και πρεσβυτερας ὑπερ LXX. ἐτη τῳ

Κρονῳ ἰθυον, γελωντας, ἑνεκα τȣ το εὐανδρον ἐμφηναι. vid. Hom. Odyss. Τ. 302, ibi Schol. item Schol. ad Hesych. Opp. et D. et Erasm. in Adag.

v. 5, 6 ποδηγα Π. alae, vt Cupidines omnes, et tu quoque gestare solent; ὠκυπτ. praeterea facit ad signandas ales, quibus celeriter hinc inde volare valet. — χαλκοδ. πεδ. ferreá, i. q. dura, quae frangi nequeunt, vincula.

v. 7, 8 Iam cum haec iratus minaretur, colligit se, et, καιτοι, inquit, at profecto, οἰσ. feremus, habebimus Καδμ. κρατος Cadmeam victoriam, prouerb. locutio, sumta ab Eteocle et Polynice, qui se mutuo interficiebant, et alter alteri mortem inferebat: de iis, qui mutuo damno se afficiunt. v. Adag. Erasm. et Suid. V. Καδμεια νικη. — Hoc igitur poeta dicit: at, si haec omnia mala Cupidini inferam, meo malo vincam, ἁ σε παροικ. desidero h. l. nomen rei, cuius incola sit Amor. — Sensus autem huius loci is esse videtur: si te, vt animi mei incola fores, huic animo vinculis adstrinxero, idem fecisse videbor, ac si quis bestiam aliquam feram gregi caprarum immiserit, ac sociam addiderit.

v. 9, 10 δυσνικ. sic Amor vocatur, vt ap. Soph. Ant. 781. ἀνικητος, supra erat δυσμαχος. — λαβ. ἐπι v. varr. lectt. — ἐκπ. τ. πτ. adeoque dirige iter tuum ad alios, et me desere.

CARMEN LIII.

v. 1, 2 ἠχ. Ερ. sonitus, quem puto alis motis efficit Amor. poet. autem hoc. Multa scilicet poetis audiuntur et cernuntur, quae sensibus fere obiecta non sint. — ποθοις, i. q. ἐκ ποθȣ.

v. 3, 4 Φεγγ. dies, oppon. τῃ νυκτι. — ἐκοιμ. discutit lachrymas. ὑπο Φιλτρ. — Φιλτρον propr. poculum amatorium; deinde vero omnis generis illecebrae, quae ad amorem spectant, vt h. l. de illecebris, quas puella aliqua forte poetae admouerat, cuius amatae τυπος γρ. ἐ. κρ. viuum simulacrum et effigies expressa erat cordi.

v. 5, 6 v. Argument. Haec autem dicit: Iam vehementissimo amore vrimur, alio tempore vacui ab amore sumus. ȣδ' ὁσον, plane non. alias est ȣδ' ὀλιγον vt Theocr. IV. in Analect. v. 21.

CARMEN LIV.

v. 1, 2 vid. Argum. — Χαρ. et Ὡραι, saepius in cohorte Veneris. De illis omnia nota, de his sic Hesiod. in Theogon. 901-903. edit. Wolf. Ζευς

Δευτερον ἠγαγετο λιπαρην Θεμιν, ἡ τεκεν Ὡρας
Ευνομιην τε, Δικην τε καὶ Ειρηνην τεθαλυιαν,
αἱτ᾽ ἐργ᾽ ὠρευουσι καταθνητοισι βροτοισι.

γλυκυπαρθ. quatenus virgines amabiles, et pulchrae. Orpheus dixit eas ἡδυπροσωπους. — Θηλυμ. cum nempe puellas amaret: sic supra C. III. v. 1. γυναικομανη φλ. βαλλει Venus. — οἰστροβ. de furore amoris.

v. 3, 4 κατερ. nempe e pharetra, cui plura tela insunt. Sic Ouid. Metam. I. 468.

E . . . . *sagittifera* promsit *duo tela pharetra.*

CARMEN LV.

v. 1, 2 πεπ. τρ. vulnus, quod mitescere futurum erat. Sic πεπασμος, de morbis et humoribus et vlceribus corporum, quae ad sanitatem redeunt. Dorvill. ad Charit. II. 7, fere in fine, vbi h. carmen laudat. — ἀναφλεγ. opponitur τῳ: πεπανθ. τρ.

v. 3, 4 μη, μη; Probe energiam iteratae negationis μη obseruauit idem V. D. ad Char. l. l. cui addo, eadem elegantia saepius at semper diuersis vocibus compellasse animam, vt v. 1 ψ. δυσδακρ. v. 3 Φιλαβ. v. 5 ληθαργε κακων, quae mire sensus afficiunt. — Φιλαβ. vid. varr. lectt. —

v. 5, 6 ληθαργ. κ. quae oblita es, mala, quae antea perpetiebaris. ληψετ. λαμβ. παλιν est recipere. de servis, qui aufugerant, et reprehendebantur. — παλιν autem est id, quod Latinis est re in compositione, vt ap. Horat. Od. I. 16, 27.

— — — — dum mihi
Fias *recantatis* amica
Opprobriis. — — —

αἰκισεται, malo te affliget; iacula nempe et tela amoris in te mittendo.

CARMEN LVI.

v. 1, 2 Et hoc epigramma adduxit Dorvill. ad Char. L. I. c. 7, cf. etiam: c. XXIV. Anal. T. III. pag. 155. —

Digitized by Google

βεβλ. κ. iactata alea esto? vt est ap. Suet. Caes. c. 32, vbi vid. Casaubon. similiter dicitur ῥιπ7ειν, ἀναῤῥιπ7ειν κυβ. cf. Erasm. Adag. p. 230, de iis, qui rem periclitantur. — ἁπ7. sc. λυχ. — πορευσ. nempe comissatum. dicit autem haec seruo suo, et iam se ad animam conuertit: ἠν. τολμα, τολμα autem dicit, cum antea animus sibi constanter proposuerat, deinde a comissationibus abstinere, igitur audacia aliqua quasi opus erat, qua has sanctas sibi praescriptas leges transiliret. — οἰνοβ. τ. εχ. φ. verba respondentis animae ad poetam. — φροντις, cogitatio, sensus: quae te subit cogitatio? — respondet ipse: κωμασ. —

v. 3, 4 Iam secum haec agitat, et videtur contra eas leges peccare, quas sanxisset sibi animus; igitur interrogando iterat: κωμ. — et animum alloquitur: πη θ. τρ. quo te vertas? quid audes? — ἐρ. λογισμ. suppleo, εσεται. rationem habebis amoris, ad amorem te applicabis? — iterum se ad seruum cunctantem conuertit: ἁπ7ε ταχ. κατα. ταχ. aduerbial. — Animus illi obiicit: πα δ' ἡ πρ. λ. μελ. — λογ. μ. est i. q. deinde σοφια. nempe ratio ac consilium, ab amore alienatum animum habere, et sapientiae viuere. προσθ. μελ. conferendum credo cum Terentiano: heri semper — lenitas.

v. 5, 6 σοφ. πον. v. XXV. 1. Propert. dixit: *nullo viuere consilio.* de eloquentiae enim et philosophiae studio accipere nolui. — ἐν μ. οιδ. — ad vim amoris vehementissimam declarandam accedit, in quo tandem acumen epigrammatis cernitur. Amor, inquit, et Iouem flectere valet. Ζηνος λημα, Iouis animus, pro: Ioue ipso. — καθαλ. Ερ. cepit Amor, dum exarserat nempe Iupiter saepissime in Deas, et mortales. v. supra epigr. XXXVII. v. 6, et Ov. Amor. II. 5, 51, aliter paulo:

— — — — Dedit oscula, qualia possent
Excutere irato tela trisulca Ioui.

CARMEN LVII.

v. 1, 2 θρασος, vis, furor Bacchicus, quo Deus Bacchus cultores suos implere solet. ἁγεο, doricum ab ἡγεομαι. — ἀρχε sis praeses et tutor conuiuii, κωμ. — θεος, vtpote qui Deus es, et satis potens, vt gubernes humanam mentem, inde ἀνιοχει θνατων καρδιαν,

rege, dirige, flecte, v. epigram. III. 2, Ερως ἀνιοχει ἱμερον.

v. 3, 4 ἐν π. γενν. Erat Bacchus a Ioue fatus, ita, vt is Semelen iniret comitatus fulmine et omni ea ignipotente dignitate, qua cum Iunone coire folebat. Res nota e mythographis. Cremata igitur hoc modo matre, dicitur ἐν πυρι γενν. et inde facete poeta fingit, vini Deum amare ignem, amorem, Cupidinem. vinum et amor enim femper iunguntur. cui non notum illud Terentianum: Sine Cerere et *Baccho* friget *Venus*. — και με δησ. quafi vinculis conftringit vini Deus mentes. παλιν, iungend. τῳ, ἀγας. cum antea pueros amaffet, amorique valedicere in animo forte haberet, iam Bacchus eum eo adegerat, vt rediret ad amorem, puellarum quidem. — ἱκετην cultorem. Sic Ouid. Amor. I. 2, 30.

Et noua captiua vincula mente feram.

v. 5, 6 προδοτ. inter vina enim libera lingua omnia prodit, et fequitur Bacchum Arcani fides prodiga, perlucidior vitro, fecundum Hor. Od. I. 18, 16. — πιςος, qui fua arcana foras rapi non vult, fic h. l. fumendum, ob feqq. inde Horat. l. c. nec variis obfita (arcana) frondibus fub diuum rapiam. v. etiam Brunck. V. III. ad Theogn. Sent. in Gnom. v. 277, igitur cui fides et arcana fidei commiffa feruanda funt: et in his eft aculeus epigrammi. — αὐδων, iubens; κρυπτ. et ἐκΦ. vt προδ. et πιςος, oppofita. — ἐκΦαινειν, fub diuum rapere, in lucem edere. — ταμ. σ. ν. ἐθ. in conuiuio, κωμοις, vinum fuadebat puellae amorem, pectore vfque adhuc claufum, profiteri; igitur Bacchus dicitur ἐκΦ. arcana poetae.

CARMEN LVIII.

v. 1, 2 ἐβοων. tibi acclamaui, et clara, diftinctaque voce, vt audire potuiffes. Ναι K. rell. funt ea, quae animo aliquando dixerat, et monuerat. ἀλ. tota huius loci metaph. fumta ab auium venatione et captatione. — ἰξῳ nempe Κυπριδος. vid. fupra c. IV. v. 1. πυκνα, crebro et imprudenter fatis.

v. 3, 4 ἀλ. σ. π. — ἐνι δ. σπαιρ. — πτερ. σ. δεδ. omnia metaphorica, πτερα autem adduntur animae, vetufta idea, ex allegoricis figmentis petita. v. Meiners, V. C. *in*

verm. philos. Schriften, T. I. p. 120 sqq. et Doeringium, nostri amantissimum, in Commentat. de alatis imaginibus ap. vett. p. 31 sqq. vbi multa loca allata sunt, quibus plura addi potuissent, ex his carminibus. vid. statim, epigr. sq.

v. 5, 6 και σ. ἐ. π. ἐς. ignis, pro: amor vehementissimus; vt igni tanquam cera liquescas, ardeasque. adduxit h. distichon Dorvill. ad Charit. III. 2. λιποπνεν fere exspirantem, μυρ. ἐῤῥ. vnguentis vnxit, vt eo magis ardore et aestu laborares. — διψωσῃ vt moriturae et inde sitiendi, θαλπ. θ. quae igitur, cum calidae essent, sitim non leuarent.

v. 7, 8 v. varr. lect. — ἀναψ. epigr. XXXVII. v. 5, erat αμπνευσας. — πνευμ. ἀναλ. est interpretatio antecedentis αναψυχεις, vitam resumens, reuiuiscens.

v. 9, 10 τον ἀτεγκτ. Ερ. nil miserantem, vt Hor. de Orco dixit. — ἐν κολπ. ετρ. sinu fouebas, placebat tibi amor. τρεφ. augebatur, potentia et vi crescebat in te ἐπι σοι. Nos prosaice: *Er wuchs dir über den Kopf.*

v. 11, 12 ἐκ ᾔδ. ironice haec dicta esse puto, cum v. 1, dixerat: ἐκ ἐβ. vt sensus igitur sit: At probe tamen sciebas, non autem mea praecepta coluisti. — ἀλλαγμ. τροφ. remuneratio, quod amorem sic nutriebas: disce iam, quae merces tibi conceditur, quod amorem tam egregie fouisti. nempe δεξαμ. accepisti, πυρ κ. ψυχρ. χιον. ignem et frigus, i. e. amorem ardentissimum, et infelicem, aut adeo nullam amoris percipientiam: *Empfaenglichkeit für Liebe.* Nisi forte hoc: ψυχρ. χ. melius explicatur, per frigus in amore, quod fit, cum non redamemur.

v. 13, 14 ταυθ' ἑλκ, haec habes! φερ. τ. πον. quem tibi iam creant et πυρ et χιων in amore. — ὀπτῳ μελ. vehementissimo amore. valde tropice!

CARMEN LIX.

πυρι νηχ. et ab omni igitur parte non tutam ab amoris flammis. — φευξεται se subducere tamen nouit. καὐτη quippe quae — ἰχα πτ. vt tu quoque vid. supra, epigr. LVIII. v. 3, 4.

CARMEN LX.

v. 1, 2 κενος ὁρκ. scil. ἐσεται. vanum iurasse me credo; cum nempe puella periura esset, quae alios amaret,

et conuiuia obiret. — την φιλασ. ganeariam, et vagam. in Lexx. deest. h. v. et est eadem compositione, vt supra epigr. LV. φιλαβελ. μην. prodit et iudicat vt talem. μυροπν. odorem spirans ab vnguentis, et ideo quoque ἀρτιβρεχ. nuper sparsus odoribus capillus, adhuc madens.

v. 3, 4 μην. το βεβ. ὀμμα. oculus illius grauatus sc. sopore indicat eam, vt ἀγρυπν. quae insomnis noctem peregit, et igitur amori operam nauauit: — και sc. μηνυει eam ἀγρυπνον, μιτος σφιγχθ. στεφ. i. e. corona ipsa, qua circumdati sunt capilli, quam deposuisset, si somno noctem consumsisset.

v. 5, 6 ἐσκυλτ. δε κικ. -- σκυλλειν, το τοις ὀνυξι σπᾶν, Hesych. ergo laniatus capillus. inde Paulus Silentiarius dixit σκυλμα κομης, et idem, epigram. IX. v. 3. Anal. T. III. p. 74.

ἐσκυλται δε κομη — — —

et Horat. I. 3, 10

— — tibi candidos
turparunt humeros immodicae mero
rixae —

quibus locis addendus etiam ille Ouid. Amor. II. 5, 45.

Sicut erant, et erant culti, *laniare* capillos,
Et fuit in teneras impetus ire comas.

ἀκολ. proterue. — πεφυρμ. κικ. turbatus capillus, vt Ouid. Amor. III. 14, 3.

Cur plus, quam somno, *turbatos* esse *capillos*
Collaque, conspicio, dentis habere notam?

vid. Ruhnken. in epist. crit. I. p. 73. — Haec autem poeta attulit, vt declararet, quam eius cultus aperte proderet, ab alio amatam puellam noctem perfide peregisse. — γυια σαλ. — σαλευτος verbale a σαλευω, metaph. sumta a nauigatione: membra incerto gressu incedentia, titubantia; ὑπ' ἀκρ. vino, quod in conuiuio bibisset.

v. 7, 8 ἐῤῥε, abi in malam rem. — γυν. παγκ. est scortum deuium, omnibus commune. — φιλοκωμ. πηκτ. testudo grata diuitum mensis, et κωμοις. — κροταλ. χειροτ. πατ. laudandus Horatii locus: Od. I. 16, 8.

— — — *acuta*
— *geminant* Corybantes *aera*.

CARMEN LXI.

v. 1, 2 Δορκας, serui nomen. — παλι δευτ. κ. τρ. αγγ. terque quaterque, i. saepius, vt iterato sermone et mandato eo clarius intelligat nuntiata. αὐτῃ, puellae, cuius nomen ipsi iam dixerat: forte Lycaenidi, quam sq. epigr. nominat.

v. 3, 4 μηκ. μελλε. ne porro cunctare. μελλαν enim cunctari significare, multis exemplis probat V. doctiss. ad Viger. Idiotism. pag. 258 sq. — Iam poenitet eum facti, et nuntium reuocat, quasi quid, quod oblitus sit, additurus, et, notanda animi commotio plane ad naturam h. l. proposita; iratum se fingit, Dorcadem antea properare, quam omnia audierit, quae nuntianda essent: quibus tamen nihil omnino addit.

v. 5, 6 προδ. adde, οἷς, iis, quae antea mandaui. Iam se denuo colligit, et μαλλ. δ. ἐτ. λ. inquit, deliro fere magis magisque, ausus huic amatae puellae ea nuntiare.

v. 7, 8 Φειδ. Φειδεσθαι cum infinitiuo periphrasin efficere alterius verbi, nota res est. μη φ. λεγ. ne parce dicere, i. e. dic omnia: fluctuat nempe animus poetae, vt modo huc modo illuc impellitur. vt statim in sqq. — προαγω sc. ἐμε. adeo, ad eam proficiscor ipse.

CARMEN LXII.

Λυκαινιδι, amatae puellae nomen. — ἐπιτηκτα φιλειν, non amare ex animo, simulatum amorem prae se ferre. ἐπιτηκτον enim dicitur id, cui falsa et simulata inest species, tanquam cera in superficie infusa, quod facie tenus tale est, quale esse videtur. cf. Cicero ad Atticum. Ep. I. Lib. VII. non igitur caduca significat, sed simulata, v. Brunck. V. S. et ad h. epigr. et ad Euripid. Hecub. v. 246. — ἐ κρυπτ. detegit. πλαστ. ερ. fictum amorem et simulatum.

CARMEN LXIII.

v. 1, 2 ὁρκων, periurium. sc. et perfidiam. ἐ μ. ἐλαθ. nec latuisti me periura: ita aperte iuramenta neglexisti, vt ego cognouerim, τι θεους, quid mirum, si Deos latere non poteris; qua ratione fieri poterit, vt Deos fefelleris, qui cuncta vident. — μηκετι ν. ὁ cum

tibi fidem nullam habiturus sim amplius. — παντ' ἐμ. omnia bene didici, cognoui.

v. 3, 4 ταυτ' ἠν, τ. ἐ. Haec nempe erant, in quibus periura facta est; et ex iis, quae sequuntur, apparet, eam iurasse, sibi, poetae castum lectum adseruaturam. Ipsa forte, cum poeta illi haec exprobraret, negauerat constanter, sed solam cubare, contenderat; quod, vt fictum, ille eleuat his: μονη συ π. scil. ἐπιορκεις, ἐκ δευτερȣ, denuo peieras? — μ. ὑπν. vt sola cubare velis? — ὠ τολμ. cum ironia haec et indignatione dicit.

v. 5, 6 περιβλ. illustris, amator ab omni parte carissimus; riualis poetae. κακον κοιτ. Ͽ. meretricem sic appellat. Similiter fere Tymnes epigram. IV. 5, 6. Anal. T. I. pag. 506.

ἐῤῥε κακον σκυλακευμα, κακα μερις, ἐῤῥε ποτ' Ἀιδαν ταχος, pro ταχεως, aduerb.

v. 7, 8 σοι δ. χ. tecum in gratiam redeam, redire vellem: τερπνην, quae tibi gratissima foret: — omnem tamen operam et oleum perderem, cum sciam ὁτι βȣλ. suppleo, μαλλον, quam me, κᾳν. ὀρ. et igitur eum amare malis. — δεσμιος αὐτȣ, iuncta sis cum eo, vt tua fert voluntas.

CARMEN LXIV.

v. 1, 2 Noctu errabat, ideoque ad astra, Lunam, et Noctem se quasi ad diuina numina conuertit, vt sibi de puella sua vera praedicent. ἡ Σελ. nominativ. pro vocativ. idiotismus est, v. infra ad epigr. CXXIII. — Φιλερ. κ. Φαιν. amantibus grata, Horat.

Iam Cytherea choros ducit Venus, imminente Luna.

κωμ. συμπ. ὀργ. fax, quam ferebat ex comissatione reliqua.

v. 3, 4 την Φιλασ. perfidam, de cuius perfidia cogitabat. ἀρ' ἐτι ἀϑ. num adhuc videam, inueniam. ἀγρυπν. insomnem, ideo solam. λυχν. πολλ. αποδ. vid. varias lectiones.

v. 5, 6 post συγκοιτον certe abest totum distichon, vt etiam V. V. D. D. Reiske et Brunck. censuerunt. — μαραν. δακρ. flaccida faciens lachrymis, amore nempe ortis; — ἱκετ. στεφ. scilicet capiti supplicis detracta,

Digitized by Google

cum comiſſabundus erraret. vid. quae V. Ill. Heyne monuit ad Tibull. I. 2, 14. — Lucret. IV. 1171 ſqq.

At lacrimans excluſus amator limina ſaepe
Floribus et ſertis operit, poſtesque ſuperbos
Vngit amaracino, et foribus miſer oſcula figit.

v. 7, 8 Κυπρι; tacite mihi videtur indigitare puellam vehementer amatam. ὁ μυς. ſacerdos, qui myſteria tua edoctus eſt. — σκυλα, exuuias amoris; vnicum id ſibi licebat adhuc, poſtibus ſerta adiicere.

CARMEN LXV.

v. 1, 2 Laudatur vnaquaeque puella a virtute aliqua et corporis dote, qua pulchra eſſet. Sic Δημω a capillo commendatur, qui veteribus multum ad pulchritudinem facere videbatur. Inde Aurora, Circe, Calypſo, ἐυπλοκαμοι, ἐυκομοι, καλλιπλοκαμοι audiunt. Apollo Horatio *crine decorus* et apud Ariſtoph. Nub. Phidippides, κομην ἐχων. — Heliodora inſignis calceo, ſeu potius pede tenero et paruulo, quem calceus veſtit. — μυροῤῥαντ. προθ. Non infima laus erat, ſi puella a pluribus amaretur. Timarion igitur multitudine amatorum inſignitur, dum poeta eius ianuam vnctam eſſe vnguentis ſcribit, qui mos obtinebat apud veteres, vt ex Lucretiano loco patet, quem carm. antecedent. laudauimus:

— — — poſtesque ſuperbos
vngit amaracino, — — — —

v. 3, 4 Αντικλεα amabilis vultu et oculis. βοωπις epith. Dearum ap. Hom. magnis, rotantibus ſeſe et fluctuantibus oculis praedita Anticlea. τρυφερον μειδ. Αντ. eſt τρυφερως μειδιωσα Αντικλεια. res ipſa pro adiecto. vt ap. Horat. Lalage, dulce ridens. — Δωροθ. laudanda a hilaritate, ſ. virginitate. ςεφαν. enim in conuiviis frequentes, quae hilaritatis ſedes et laſciuiae, et ἀρτιθ. recentes, ornat, ſiue alludit ad florem aetatis, quo Dorothea placebat.

v. 5, 6 His puellis omnibus cum captus eſſet poeta, eas compellat, vtpote animus ſpirabat amores. videbatur autem Cupido in eum omnia tela conſumſiſſe, cum tot puellarum amore ipſum implicuiſſet. οὐκέτι, non amplius κρ. σοι Ερ. χρυσ. Φαρ. omnia enim, quae Dii habent, aurea ſunt, πτεροεντ. οἰς. plumis enim ornata

erant tela, vt iis leuata leuiter laberentur: h. l. ornat. ἐν εμ. π. βελ. non amplius, credo, me amori alicui implicare poteris. et in his acumen epigr.

CARMEN LXVI.

v. 1, 2 εὐπλ. κικ. nihil aliud poeta exprimere voluit, quam: pulcherrimus et insigniter in humeros defluens capillus, qui tamen arte compositus esse videatur. *Haar, das in Locken wallet.* — Φιλερ. cum ob tales crines puella amabilis esset: et hac ipsa descriptione solummodo pulchritudinem Τιμας pingere voluit. — Δημ. χρ. pro ipsa Demone; ea dicitur μυροπν. vncta Demo μυρα, et ὑπναπατ. quae somnum falleret, amoris lusibus et deliciis.

v. 3, 4 παλιν, tertio; deinde; porro. — παιγνια, ludicra, h. l. forte, corollae, margaritae, serta, flores, et id genus alia, quibus sese ornaret Il. et quae ipsi grata essent. — λυχν. φιλ. fax per noctem non extincta, sed ardens. πολλ. π. μελ. cui non in mentem venit Anacreontis illud, XIX.

ἡ γη μελαινα πινει etc.

ἐν κωμοις autem ad facis lumina carmina cantari solita, λυχνος ergo audit carmina.

v. 5, 6 τραυμα, vulnus quod amor fecerat. Quae lectio si vera sit, puto, poetam hoc epigram. iam senectuti propiorem condidisse, vt his significare voluerit, abiturientem et decrescentem amorem, eiusque vim, et furorem repressum.

CARMEN LXVII.

v. 1, 2 cf. epigr. XIX. quod ibi κυμα Κυπρ. est, h. l. κυμα Ερ. — adde etiam epigr. XXIX. in quo ὁ βαρυ πν. Ποθ. — in nostro πνεοντες Ζηλοι. — κωμ. χειμ. πελ. referendum ad commotionem animi, quae κωμοις nata erat.

v. 3, Suid. V. ἀφαντας h. v. adduxit, sed mutilum, quem vero h. l. Toup. V. in re crit. Summus correxit, T. I. p. 69. — φρεν. οἰαξ. in metaphora vsque persistit, quam a nauigatione duxerat.

v. 4 ἐποψομαι, θεωρησω Hesych. παλιν, antea quidem Scyllam marinam, iam autem aliam Scyllam, puellam

hoc nomine insignem videre cogitabat. Eleganter autem et non sine acumine vtramque Scyllam τρυφερην vocat.

CARMEN LXVIII.

Χαροπ. κυμ. truci in mari, cum e fluctibus nempe nata esset Venus. Τρυφ. puellae nomen, quam τρυφέραν, delicatam et mollem nominat, et hinc nomen duxisse ait, non sine acumine.

CARMEN LXIX.

Χαροπ. ὀμμ. *tranquillis et serenis oculis;* hanc interpretationem postulare videtur, οἷα γαληνης. — συμπαθει inuitat, allicit. — ἐρωτοπλοειν, in mari Veneris, ἐν κυμασι Κυπριδος, Ερωτος nauigare; i. e. se amare.

CARMEN LXX.

Ludit in nomine, Καλλιςιον. „Sensus est: si nudam videris Καλλιςιον, fatearis vocandam illam esse Καλλισχιον, mutato τ in duplicem litteram Syracusiam, hoc est, in χ. Vid. Salmas. in Herodis Attici Inscriptionem, p. 223" *Br.* — Mihi quidem id epigramma valde non placet.

CARMEN LXXI.

v. 1, 2 Nox et faces semper amorum mysteriorum consciae, igitur et iuramenti testes et foederis, quod pactum erat inter poetam et puerum amasium. — Videtur enim hoc carmen itidem e Corona ea esse, quae puerorum in amoribus cantandis occupata esset, et itaque inter priora huius collectionis reponendum.

v. 3, 4 ὠμοσαμ. amasius et poeta. ὁ μεν — ὁ δε — καν. ἐ π. λαψ. perpetuo eum amare et fouere. — κ. ἀχ. μαρτ. nostis enim, quae inter nos pacta sint. — conf. cum hoc carmine epigr. Callim. IX. Anal. T. I.

v. 5, 6 νυν φησιν, re et facto probat et affirmat ὁ μεν, amasius puer; — ὁρκ. φερ. ἐν ὑδ. prouerb. locutio: iuramentum negligere et diuellere foedus, irritum facere: vt Tibull. I. 4, 21.

— — — — Veneris periuria venti
irrita per terras et freta summa ferunt.

Ouid. Amor. II, 8, v. 20.

— — tu iubeas animi periuria puri
Carpathium tepidos per mare ferre Notos.

λυχνε, συ δ' εν κ. — et ideo eum periurii accuſare eo certius poteris, vt poenas det. — Elegantiſſimam verſionem huius epigr. Herderi V. C. vt adſcribam adducor:

Heilige Nacht, und du, du unſrer Liebe Vertraute,
Stille Lampe! ich rief beyde zu Zeugen euch an,
Euch zu Zeugen des Schwurs, den wir einander geſchworen,
Er mir ewig getreu, ich es ihm ewig zu ſeyn.
Ach! und er brach ſein Wort. O heilige Nacht! und du leuchteſt,
Lampe! du leuchteſt ihm jezt in der Bulerin Arm?

CARMEN LXXII.

v. 1, 2 Ορθροβ. Gallus matutino tempore clamans; inde Ouidio eſt: *Lucis praenuntius ales.* ſic et aliae aues ab hac virtute epitheto ornantur: hirundo in loco aliquo Anthologiae eſt ὀρθρογοη. — κακαγγ. δυσερωτι, vnicuique perdite amanti malo omine cantas, quippe diem praenuntias, nec dies amantibus grata, imo noctis vmbra. — νυν iam autem ἐννυχ. non contentus, vt vulgo ſoles, matutinis horis cantare, imo media nocte κραζεις crocitas, κραζειν κελαδον, rarior forma. κελ. πλευρ. cantum cum ſimul alis ſublatis plangis et ſonum efficis, vt galli ſolent; alis enim latera verberant, et deinde cantant. — τρισαλαστος, quem te ideo ferre plane non poſſum. τρις in compoſitione tantum auget.

v. 3, 4 γαυρος ſc. κραζεις, faſtu et ſuperbia elatus clamas, ὑπερ κ. ob coniugium tuum, multiplex et felix, reſpectu multarum gallinarum, quarum maritus vnicus gallus erat. — ἁδυ γελ. rides, et quidem ἁδυ, non mihi, ſed tibi gratum, qui γαυρ. ὑπ. κ. — επ' εμ. οδ. cum vides me dolorem percepiſſe. — ὁτι μοι ετι ſc. ἐϛι το βραχυ τετ' νυκτ. pro parua, breui noctis parte, και το βρ. φιλ. et quod breui ſolummodo amore fruor.

v. 5, 6 Subit cogitatio, ſe hoc non de gallo meruiſſe, quem nutriuerit, et educarit. igitur ingratitudinis reum illum incuſat. ἀδε φ. θρ. χ. — ν. τον βαθ. ορθρ. quam certum eſt, iam βαθυν ορθ. adhuc eſſe, vix primum diluculum apparere, tam certum eſſe, dicit,

eum, gallum, ἐσχατα aduerb. vltima vice, vltimum, γαρυειν, crocitasse; γαρυειν autem h. l. malo sensu, vt saepius adhibetur. Sic ap. Pind. Olymp. II. 158.

μαθοντες — — — —
— — κορακες ὡς
ἀκραντα γαρυετον.

i. e. inania effutiunt. alias etiam bono sensu, apud eundem: μελιγαρυες ὑμνοι, de gratis, dulcisonis hymnis. — πικρ. μελη, cum hic galli cantus acerbissimus et ingratissimus esset.

CARMEN LXXIII.

Suauis idea. Venus et Amor in vno lectulo. Lucet dies. Amor, vt est leuis, ludit talis. ὀρθρινα, aduerb. mane. — κυβευειν dicitur aliquis, qui periculo alterum expositurus est, talis iaciendis, vt h. l. Amor. — Non omnino absimilis locutio in Antipatri carmine, το κυβευθεν πνευμα, vbi vita ludo tesserarum comparatur. vid. Leich. carm. sepulch. c. XI. v. 13.

CARMEN LXXIV.

Φωσφ. Hαs ἀγγελε, nam rota Luciferi prouocat orta diem, Tibull. I. 9, 62, ibi Heyn. V. III. et, quae ibi laudat, loca. — Lucifer autem et Hesperus vna eademque stella. — ταχ. ἐλθ. redi celerrime! Εσπ. vt Hesperus. — ἡν ἀπαγ. nempe puellam e stratis. — λαθριος, vespere enim aduenit Hesperus, tenebris terrae circumfusis. αὐθ. ἀγ. i. q. reducas. αὐθις enim Synonymon τῳ, παλιν.

CARMEN LXXV.

Καὐτος Ερ. vel ipse Cupido, vt eo magis vim pulcherrimae Timarii pingeret, et obtutui subiiceret. — ἐν αἰθ. cum πτανος sit, in aethere alis leuatus facile pendere potest. δεσμιος, vinctus, vinculis amoris. — ἀγρευθ. verbum venatorium ad rem amatoriam traductum. vt supra, IV. 1. παιδων κυνες, ὀμματα. alio tamen sensu.

CARMEN LXXVI.

v. 1, 2 Διοδωρ. quo calebat iuuentus omnis; Φλογ. β. — Φλοξ, flamma, pro amore ardenti, v. supra VI. 1;

XVIII. 1; et pll. II. — βαλλαν propr. ad φλογα pertinet, vibrare flammam et faces. — λαμυροις ὀμμ. oculis efficacibus ad amandum, saeuis, quibus resisti nequit. —

v. 3, 4 γλυκυπικρ. Ερ. βελος. telum, quod vulnerat, ita, vt amor excrescat, in quo dulcia amaris sint mixta. v. supra, vbi ipse Amor γλυκυπικρος. — obserua autem, qua laude, eo, quod haec de Diodoro affirmet, pulchritudinem Timarii efferre studet! Ipse stupet hoc nouo quasi monstro, addit enim: ἡ τοδε καινον θαμβος ὁρω. — — φλεγ. πυρ καιομ. πυρι. — πυρ καιομ. est Diodorus qui alias facile corda ad amorem perducere potest. Sic Virgil. Ecl. I. v. 66, dixit

— — Meus *ignis*, Amyntas.

CARMEN LXXVII.

v. 1, 2 Exstat hoc epigramma in Miscellan. Nov. Lips. Vol. IX. p. 467. — primum distichon in Suid. Kusteri in V. Κελης, et in obseruatt. Toupii, V. C. ad Lexicographum T. II. p. 93. Totum carmen perpetua allegoria: eiusdem fere generis, vt in Horatio Lib. I. Od. 14. — Hic autem de muliere agitur, cuius instrumenta, tanquam veteris nauigii aetate atque vsu erant detrita. — πηγμα, quod conglutinatum est; quaecunque machina e multis composita partibus. πηγμα κελ. autem est periphrasis τε κελητος. Κελης, genus nauigii. Suid. Κελης εἰδος πλοιαριε μικρε. Noster ludit in ambiguitate vocis κελης, quod etiam in re venerea dicitur. Sensus huius distichi autem is est: *Timarion* ante venusta, solida, succi plena, iam anus facta, non amplius fert corpus Veneris remigio πλωτον. — γλαφυρος, ornat, vt centies in Homero et aliis. — Κυπριδι εἰρεσιη, Veneris pelagus, notum ex carmine XIX. aliisque. inde Deae etiam sunt omnia, quae ad nauigationem pertinent, vt h. l. εἰρεσ. — Moneam praeterea, putidum fore, si quis in allegoriae singulis verbis subsistere et haerere velit, et vnumquodque rei significatae accommodare.

v. 3, 4 νωτος, lumbi, et μεταφρ. superior a tergo corporis pars, vt dorsum et ceruix. Editor Lipsiensis h. v. sic interpretatus est: „Dorsum seu regionem scapularum et ceruicis, cum apice mali nauticae inclinato

comparat. Vt mali pars infima rigida, fic et lumbi tui; vt illius apex nutat prorfum, fic et ceruix tua." vid. tamen varr. lect. — πολιος προτ. canus, i. e. vetuftus προτ. rudens, qui a malo ad pronam tenditur. Illi comparat canum capillitium, de fronte propendens, et faciem obumbrans. — ἐκλ. folutus eft, vetuftate, ideoque non vtilis ad firmandam malum.

v. 5 Hic verfus legitur in Suid. V. σπαδων. ad quem Toupius haec: „Eft carmen praetextatum. Nimirum res eunuchi, feu σπαδονος, flaccidae atque pendulae funt; hinc poeta eleganter de mammis pendentibus, σπαδονισματα μαςων. Hefych. σπαθισματα τα σπαδονισματα. v. Ad. Suid. T. III. obferuatt. p. 150. — *Mammas pannofas* dixit Martialis L. III. e. 72, v. 3.

Aut tibi *pannofae* pendent a pectore *mammae*
Aut fulcos vteri prodere nuda times.

χαλα, dum intendi nequeunt.

v. 6 σαλος; Notat concuffionem, iactationem in vtramque partem, vndationem. Vult dicere: quia faepius remigationem veneream et iactationes, concuffionesque violentas tuo corpore paffa es, natae tibi funt ex eo rugae. Vir doctus in Mifc. laudatis. — γαςρος *noue et inufitate pro* γαςρα, *nauis alueus, venter. Cafus eft rectus.* Haec Br. V. S. — ῥυτιδ. rimae nauis, rugae ventris, torfione factae. Sic Antipater Sidon. Anal. T. II. c. 13, v. 1, iocofe de viro rugofo:

— — — ὁ πας ῥυτις ων — —

Sic *fulcos vteri* Martial. in loco ad v. 5, laudato dixerat.

v. 7, 8 νερθε δε π. ὑπ. νεως. *hydrope laboras*, Reiske. num vere, dubito, eft potius ornatus, quo imago perfectior fieri deberet. omnia in inferiore nauis parte, plena funt fentinarum, ἀντλος enim eft fentina. — κοιλη δ. θαλ. πλ. audiamus de his interpretem Lipf. „Incontinens es vrinae. Graeci cauam omnem voraginem vocant θαλασσαν, neque ignotum, quid θαλασσα fit in facris. Eft nempe fouea fub altari, in quam fortes et reliquiae facrorum omnes confunduntur." — γον. ἐντρ. ἐ. σ. genua tremunt, non valent confiftere ob τον σαλον.

v. 9, 10 Cum puellae florentiffima aetate dicuntur nauim agere per Veneris pelagum, haec vetula Timarion fcapham non amplius πλωτην agit in Acherontis lacu,

vt quae iam propior morti eſſet. hic ſenſus eſt. igitur δυϛανον poeta eum dicit, qui hoc Timarii remigio vtatur. — ἀνωϑ. ἐπιβ. ſimplic. ἐπιβας.

CARMEN LXXVIII.

v. 1, 2 Ερως, cui ad puerorum amorem incitabat corda. v. ſupra C. III. — ὡς παρος, erat autem antea incenſus puerorum amore, iam flagrabat meliore flamma. —

v. 3, 4 φερ. δ. συγκ. Ποϑ. ſocium Cupidinibus φαν. erat enim haec flamma et amor in puellas arcto vinculo et ſororio quaſi, iunctus illi in pueros amori. per φανιον autem alludit ad puellam, Φανιον nominatam. μοροφεγγες. vox μοροφεγγης Lex. vulg. non ineſt; deduco eam a μορος et φεγγος, et credo Phanion, ſiue etiam lucernulam, faculam, quae tropice iam intelligenda eſt, ſic dici, ob effectum, quem hic ſplendor eius habeat in corde ſ. animo poetae: qui mire, fere vt mori prae amore videretur, illum afficiebat. primum deduci poſſe opinabar a μορον, morum, bacca fuſci et fere nigri coloris, vt ſit, μοροφεγγ. epith. ornans, quo pingeret fuſcum flammae laternulae colorem. Certe deficiebant libri, quibus adiutus haec certius explicare potuerim. — Κυπριδος mentionem fecit, cum iam in amore in puellam occupatus eſſet. v. C. III. Ea enim γυναικομανη φλογα βαλλει. — ακρον πυρ, maximam vim habentem flammam mihi obiecit. vehementiſſimo amore me implicuit. —

v. 5, 6 ἐκ — ἐτηξε exſtinxit φεγγος nempe oculorum lumen, tenebraſque illo ſplendidiore flamma offudit. — το δε βρ. φαν. haec facula, cum ardentiſſima eſſet, facula tamen paruula ὠφϑη viſa eſt iam πυρ καιομ. ignis vehemens et ardens in animo noſtro. excreuit ex ea flammula amor vehementiſſimus. —

CARMEN LXXIX.

v. 1, 2 βαιον φαν. eadem dilogia hic ſubeſt, ac in anteced. Carm. ἀν. ἐκ. τεφρ. vbi latebat ignis amoris. — κρυπτομ. latentem, fugerat autem Amorem.

v. 3, 4 κυκλωσ. non arcum ſinuauit, quod fit, ſi quis intendit arcum, et cornua eius flectuntur et aguntur in orbem. ſed ἀκρων. διϛσα χ. manus geminorum digi-

torum summos articulos lunauit. θραυσ. decerpens paruulum carbonem ex igne, vt is, qui callide candentem carbonem ne laedatur, summis arripit digitis. — λαθων et ipse Amor, ne conspiceretur a poeta; et his inest quasi excusatio amoris.

v. 5, 6 ἐπεδρ. Amor, παντη ἐκ φλογ. imo qui ipse totus ignis, et igneus esset. — βαρυ φ. ob vim et vehementiam amoris. μεγα πυρ Φ. ἐ. κ. Phanion ignis inest cordi meo, i. q. Phanion me ita corripuit amore, vt resistere nequeam.

CARMEN LXXX.

v. 1, 2 vid. varr. lect. — εὐφορτοι, ornat. — πορον Ελλ. Hellespontum καλον Βορ. secundum Borea, qui a tergo est ab Hellesponto nauigantibus. κολπ. velis sese sinuantibus. v. c. CX. v. 10, ναυταῃ λινα κολπωσαντες.

v. 3, 4 δερκομ. ἐς χαρ. πελ. et exspectantem adeo poetam.

v. 5, 6 τετ' ἐπ. haec mandata. — σος ἱμ. tuus amor, amor in te, κομ. μ. ε ναυτ. π. δ. πεζ. v. varr. lect. — viuidior autem fit oratio, eo, quod res futura, vt praesens declaratur.

v. 7, 8 εὐ ἐς τελ. ad prosperum finem agens, nisi το εὐ mauis referre ad πνευσεταῃ. Ζευς ἐρ. Iupiter, qui dedit Aeolo ius in ventos, aut, Ζευς ipse ventorum dominus, dum pro aethere, tempestate, coelo sumitur. vt ap. Horat. manet sub Ioue frigido venator. — αὐτικα, quasi gratiam reddens, referens — ὀθονη. velum. Addam hic verba Brunckii, V. S. Multum exercuit hoc carmen virum doctrina et ingenio praestantissimum Bernardum Monetam, qui felici vena illud elegantissimis latinis versibus reddidit, quos, cum inediti sint, hic cum lectore communicabo:

Veliuolae pinus, quaecunque Aquilonis egentes
  Hellespontiacum finditis aere salum,
Si mea se vobis in Coo Phanion offert
  littore, venturas prospicit vnde rates,
haec illi pro me vos pauca; Quid anxia nautam
  exspectas? peditem dux tibi fistet Amor.
nulla mora, his dictis, Boreas a puppe secundus
  flabit, et ad portum lintea vestra feret.

CARMEN LXXXI.

v. 1, 2 Ορθρος, propr. tempus matutinum, diluculum: h. l. pro Lucifero ipſe, quod apparet ex oppoſito v. 3. Εσπερος. — is eſt poetae δυσερατος, quia iubet eum prius dimittere amicam e complexu, quam erat ex amantis voto. — ταχυς, nimis celerarat enim amanti. — κοιτος i. q. κοιτη. — επ. aduenis et circumſtas, lumine nempe tuo, lectulum. — αρτι vix dum, videmus his omnibus amore maxime ardentem, cui tota nox nimis breuis videbatur. — χρωτι χλ. vid. ſupra, C. XIII. v. 4.

v. 3, 4 αιθ. vtinam, παλιν στρ. ταχ. δρ. reflectens, reuertens ταχ. δρ. ſc. δια τ. δ. per viam, et ταχ. aduerbial. vertendum eſt: celerrime, Εσπ. αγε Heſperus, vt ſis Heſperus, et veſperam et noctem adferens. — γλ. φ. βαλλ. qui alias mihi iucundum affulges, nunc βαλλεις επ' εμε πικρ. φ. debent haec reſumi e priori membro. πικρ. φ. ipſi autem erat, quia auocabatur ab amplexu Demonis, eo, quod diluculum apparebat.

v. 5, 6 Nec talis παλινδρομιη eſt αδυνατος, quippe iam alias αντιος, in contrarium, retrogradus iuiſti; επ' Αλκ. Δ. Alcmenae, Iouis amicae, et ipſius in gratiam; itaque non es αδαης παλ. imperitus in curſu tali, quem retro currere debes. Exſtat h. epigr. quoque in Miſc. Nov. Lipſ. T. IX. p. 313.

CARMEN LXXXII.

v. 1, 2 δυσερ. cum nempe id ferre poſſet, et in Demonis gremio alium cubantem adſpicere. — βραδυς tardogradus, lente. ελισσῃ, obreptas, de aſtrorum orbe, quem deſcribunt. — υπο χλ. bene χλανιδι, ad delicatos mores enim χλαν. pertinet. v. ſupra, C. V. v. 8.

v. 3, 4 ραδινος, tener, mollis, gracilis. — Φως επιχ. qua luce, ſ. die, quaſi gaudium ob meum infortunium indicare videris, cum dies me abripit ab amicae complexu. Et hoc epigram. a Reiskio editum legimus in Miſcell. laudatis, p. 314.

CARMEN LXXXIII.

v. 1, 2 λευκον. ad pulchritudinem ſignificandam. εχων υπο χρ. teneat in vlnis. — στεναχω κρ. angor animo.

v. 3, 4 σαββατικος ποϑ. Demo igitur Iudaeum amabat. ψυχρ. σαββ. — cui deinde oppof. eft: ϑερμ. Ερ. et in hac oppofitione eft acumen epigr. — ad h. vv. editor Lipf. Mifc. Nov. T. IX. p. 304, haec habet: „Etiam Iudaei frigidi poffunt calide amare. Frigidos autem eos appellat, ob ftuporem et nugacitatem genti innatam, aut ob frigida fabbata, quibus ignem accendere non licebat. Cum *Gadarenus* fuerit *Meleager*, adeoque Palaeftinae ciuis, facile potuit Iudaeum riualem inuenire.“ Equidem, quanquam meliora non habeam, quae afferre poffim, meliora tamen defiderare videor.

CARMEN LXXXIV.

Συγκοιτα φιλτρα; συγκ. propr. de eo, qui concumbit, h. l. accommodatur φιλτρῳ f. poculo amatorio, quo ardor ad concumbendum maior excrefcit: Audienda Herderi Viri Elegantiffimi ad vnguem facta verfio, in zerftr. Blaettern, T. I. p. 44.

Schoenheit gab ihr Amor, die Huldgoettinnen den Liebreiz, Mutter der Liebe, du gabft Gürtel und Alles ihr hin.

CARMEN LXXXV.

v. 1, 2 λαλιαν, bono fenfu. Horat. dulce loquentem Lalagen dixit. v. c. XCIV. v. 2. — παρεδ. pro fimpl. εδειξεν, oftendit et mihi adduxit. — εκ τρισσων fcil. Χαριτων. quartam igitur Gratiam, fiue potius vnam ex illis ipfis Zenophilam poeta nominauit.

v. 3, 4 ταν Χαριν εν χαρ. fc. διδως. qui mihi gratiam aliquam dono quafi dedit εν χαριτι, beneuolo in me animo. non fine acumine haec iunxit Χαριν — χαριτι.

CARMEN LXXXVI.

v. 1, 2 Αδυμ. Μουσαι. ob dulcem cantum. — πηκτις, inftrumentum mufsicum, fiftula, tibia. Mufae igitur infignes πηκτιδι. — και λογος εμφρ. eft ratio et prudentia, ingenii acumen et virtus, qua quis dulce et apte loquendo infignis eft. συν Π. cum Suada, facundiae Dea. ratio autem fine Suada non facile effe poteft. Ερ. et Amor, καλος, pulcher et admirandus ὑφηνιοχῳ, Hefych. ὑφηνιοχος, ἡνιοχος. Homer. Iliad. Ζ, 19. Καλησιος,

— — — ὁς ῥα ποϑ' ιππων
Εσκεν ὑφηνιοχος.

Eleganter autem poeta Zenophilam fuam Amoris ὑφηνιοχον vocat, quae nempe Amorem vel ipfum dirigeret: et qua tandem pulchritudinem accipere videretur.
v. 3, 4 σοι σκηπ]ρ. Ποϑ. ἀπεν. infignia Cupidinum tibi Zenophila dederunt; nempe Μκσαι, cantum amabilem. λογ. ἐμφρ. Suadam et facundiam, ob quam in Carm. antecedenti λαλια nominabatur, et Amor vim et potentiam in amore. — additis aliis virtutibus a Gratiis.

CARMEN LXXXVII.

v. 1, 2 Hos vv. adducit Suid. V. πηκ]ις et κρεκεσα. — ναι Π. τ. Αρκ. Pan Arcas, fatis notus, vt et eius in mufica praeftantia; — κρεκειν, propr. radio pulfare corda, inde fimpl. canere. —
v. 3, 4 Amoris furore plane correptus, nefcit quo fe vertat! π. σ. φ. vt ne amplius corripiar et fic fere infaniam. — π. μ. περιτ. Ερ. a Cupidinibus ftipatus, ideoque per eos actus, et preffus. — xδ' ὅσ. non tantillum: i. q. xδ' ολιγον. v. fupra C. LIII. v. 6. — βαιον χρ. fuppl. δια.
v. 5, 6 βαλλειν ποϑον et ποϑῳ Graecis dicitur β. ποϑον iaculari amorem, quod venuftae et argutae puellae eft. iniecit, inquit, mihi amorem μορφα, μκσα, χαρις, his tribus dotibus nempe Gratiae infignem Zenophilam fecerant. — ἡ . . . apofiopefis haec egregie valet ad animum commouendum. — παντα, omnia, quibus praeftas. — πυρι φλεγ. amore corripior vehementi. fatis nota locutio, apud rei amatoriae poetas. Iam Herderi elegantiffimam verfionem praeterea audiamus: Libr. I. T. III. p. 62.

Beym Arcadifchen Pan! Zenophila, lieblich entzückend
Klingt mir dein goldenes Spiel, finget dein zarter Gefang.
Wohin foll ich? von Grazien rings und Mufen umgeben,
Weiß ich nirgend zu fliehn, weiß ich zu athmen nicht mehr.
Und dann blick' ich dich an: der Blick wird Feuer: ihr Amors,
Mufen, Grazien, rings — ringsum verzehret mich Glut.

CARMEN LXXXVIII.

v. 1, 2 ϑαλος, ἐρνος et alia, faepe de pueris et puellis, quae iuuenta florent: cf. Carm. CIX. v. 7. — αἰϑ' εισ. o fi intrare, accedere poffem Somnus, at ἀπ]. quia

respexit ad corpus humanum, quod retineret, et ἄπτερος, *non alatus.* proba lectio est. Somnus proprius nempe alas habet, vt veteres, excepto Homero, tradiderunt, quod in vulgus notum. Adeas tamen, si vis, Heyn. V. Ill. ad Tibull. II. 1, 89, et Doeringium nostrum, in Dissertat. de alatis imaginibus ap. vett.

v. 3, 4 ὡς ἐπ. σ. — φοιτ. ita non is verus somnus tibi incumbat, ὁ κ. Δ. ὁ Θ. quibus vis et potentia Somni declaratur, vt supra de Amore, XXXVII. v. 6. — est autem locutio Homerica. — καταθω — componam autem ego solus te, in lectulo nempe, vt Somnus facere fingitur, quoniam cum dormitum cubamus, nos componimus: at etiam amantes sese componunt. — Editum h. c. etiam in Misc. nov. L. T.IX. p. 315.

CARMEN LXXXIX.

v. 1, 2 Exstat etiam hoc carmen in Nov. Miscell. Lips. T. IX. p. 458. συνευνα; συνηγον alii, at verbum non sine gratia reticetur. Sensus est: *Tres Gratiae sunt pro triplici corona amicae meae.* συνευνα autem est, *lecti socia.* v. Toup. ad Suid. T.II. pag. 112. συμβ. cum vnaquaeque Gratiarum partem pulchritudinis addidisset.

v. 5, 6 v. varr. lect. — μουνας, cum delectu, ac si vnice omnium puellarum ea esset, quae amore digna putari possit. caeterum cf. carm. LXXXVI.

CARMEN XC.

v. 1, 2 De culicibus veteres leniorem et iucundiorem ideam conceperant, ac nos; et inde aestimandum carmen nostrum. — Eo autem, quod primo quidem intuitu diuinare non possimus, quid in amore culex, et v. vltimo, ludicra illa clausula, id naturam huius epigrammatis constituit, et nos quoque suauiter afficit, cum Graecis multo suauiori affectu forte imbueret. — προσψιθυρ. in aurem alicui aliquid susurrare: verbum in re amatoria solemne. inde Αφροδιτη ψιθυρος et Ερως ψιθυριστς. v. Suid. h. v.

v. 3, 4 ἀγρ. μ. σε, nempe poeta, Te, Zenophilam. — ληθαργ. φιλ. cum alium forte sinu foueret, ipsius poetae solummodo ληθαργος erat, et est plural. pro sin-

gul. — φιλόμαθε, sic culicem nominat; quo iure? satis non liquet. Credo autem, vt cicadis et locustis attribuerunt Graeci dulcem cantum, sic etiam fieri potuit, vt in culicibus aliquem sonum deprehendere sibi ipsis persuaserint. Carm. XCIII. v. 1. ὀξυβοαι dicti.

v. 5, 6 μη συγκ. ἐγ. ne riualem somno excites, qui cum dormit nullas blanditias, oscula et alia puellae adhibere potest; ex quo orirentur poetae ζηλοτυπ. οδυναι.

v. 7, 8 ἢν δ' ἀγαγ. τ. π. persuadendo efficeres, vt me adiret. — δορα ς. λ. etc. tanquam heroem Herculem se habiturum κωνωπα promittit, cum idem difficile esset, a sinu amatoris diuellere Zenophilam, ac laborem aliquem Herculeum perficere.

CARMEN XCI.

v. 1, 2 Cum hoc carmine conferendum illud Moschi, Ερως δραπετης inscriptum: Idyll. VI. ed. Manson. — κηρυσσω, publice propono; vt nempe quisque sibi cauere queat, ab illo Amore, nequam et fero. — ἀρτι — ἀρτι, significat modo momentum temporis praeterlapsum esse, ex quo fugerit. vt nos: *so eben, den Augenblick.* — ὀρθρ. ἐκ κ. vbi noctem cum poeta et Zenophila forte peregerat. — ᾤχετ' ἀποπτ. graecism. quo nil vsitatius.

v. 3, 4 Iam egregiam eius descriptionem proponit, omnia vitia, s. praedicata recensens, quibus dignosci possit, ex natura et indole amoris petita. — σιμα γελ. v. supra C. LII. 3, σιμα σεσ. μυχθ.

v. 5, 6 πατρ. τιν. cuius patris filius sit, ἐκ. ἐχω φρ. dicere nequeo. De mythologico ortu Amoris, eiusqve parentibus videndus ante omnes Plato in Sympos. ibique Wolfius, V. doctiss. quem valde veneror, in introductione, quam huic libello praemisit; item Meiners, v. c. in *Vermischt. philos. Schriften*, T. I. p. 92 sqq.

v. 7, 8 παντη — πασ. omnino omnibus. ἀπεχθεται, quisque enim recusat, eum filium habere; quod dolores et acerbitatem creet. — — ἐσορ. pro simpl. ὁρατε, videte, cauete! — ἄλλα λινα, varii generis λινα.

v. 9, 10 περι φωλεον, aut simpliciter exponendum: quippe is, Cupido, est in latebris, i. e. latet: aut est pro κωμοις, pro conuiuali aliqua domo, in qua insunt pueri et puellae. Sic certe ap. Pollucem. I. 6. φωλεοι, οἱ των θιασωτων οἶκοι.

CARMEN XCII.

v. 1, 2 φιλομβρ. ναρκισσ. amat enim narcissus riguam humum. —

v. 3, 4 ῥοδ. φιλερ. Graeci fingebant sibi saepius Amorem instar apis; quae cum insidet frequenter rosis aut hac de causa est ῥοδ. φιλεραστον; aut ob frequentem vsum in κωμοις conuiuiisque amantium, qui se rosis coronabant. quod autem Παθας ῥοδ. dixit, puto eum respexisse ad labiorum purpureum ruborem, cum nempe in eloquenti puella rosea labia egregie appareant. — ὡριμον ανθ. veris flos, v. c. CX. v. 6.

v. 5, 6 κομαις επι, tropice, ob comas, i. e. ob flores varios, quibus, tanquam comis, vestita et ornata estis prata. φαιδρα γελ. gaudetis hilari vultu, et superbe ridetis, sed ματαια, aduerb. vane, frustra. — ἁ παις, Zenophila, κρεισσ. de virtute, pulchritudine, pulchrior et praestantior est, ἁδυπν. στεφ. quam omnes hi flores, e quibus serta nexa sunt.

CARMEN XCIII.

v. 1, 2 Exstat huius carminis latina versio in Miscell. Lips. Nov. T. IX. p. 452. ὀξυβ. qui antea C. XC. φιλομυσοι dicti erant, striduli. attribuebant igitur culicibus aliquem sonum vett. quod certe mirum est. — ἀναιδ. omnes enim, etiam remotissimas ab oculis, corporis partes perrepunt. — νυκτ. κν. διπτ. binis mala bestia pennis.

v. 3, 4 προς ἠλακ. αὐδ. Sed quid haec trunco, stipiti dico? Prouerb. locutio, de iis, qui aliquid surdo narrant, quorum praecepta et preces non audiuntur. ἠλακατη est quiuis caudex, truncus, stipes. χρωτι χλ. phrasis de amantium complexu, a poeta vsurpata supra XIII. 4, et LXXXI. 2, h. l. festiue ad culices translata, terentes, radentes tenerae corpus puellae; quod facile zelotypiam excitare poterat, et hinc in vv. vlt. dixit:

v. 5, 6 κακα θρ. — ἡ γνωσ. χ. ζ. δυν. sententia, quae lectori inexspectata venit, ideoque certe Graecis, quibus culices in maiore honore essent, iucunda: culex quidem et aemulus, res certe inter se alienissimae.

CARMEN XCIV.

v. 1, 2 ἡδυ, aduerb. ad γεγηθε referendum, non ad το σκυφ. animatur res inanimata — λεγει δ', dicit vti-

que — λαλια στομ. dulce loquens os, vt supra carmine LXXXV. et infra est εὔλαλος, XCVI. 1, in bonam partem dicitur, v. Ruhnken. V. Ill. ad Hermesianactis elegiam, v. 78, in epist. crit. II. p. 296 sq. vbi nostrum locum adducit, et alia. Suid. λαλιστατον, κατα λογον σοφον. λεγεται δε και ὁ εὐγλωττος, και ὁ εὐφωνοτατος. — Caeterum omnino dulcis loquela et os disertum inter virtutes puerorum s. puellarum numerandum; quod plura loca testantur.

v. 3, 4 ὀλβ. nempe σκυφος. — προπινειν, summis labiis vinum delibare, dein, vino se proluere, et vt h. l. pro simpl. πινειν dictum. v. interprett. ad Anacr. Od. IV. 3. — ἀπνευστι, nulla intermissione. vt igitur cum anima simul etiam amorem plane imbibat.

CARMEN CV.

v. 1, 2 και ἐτ', etiamsi iam. καθ. ἐν κολπ. μ. dormiat in matris sinu, et adeo tranquillus puer videatur esse. — το θρασυ τ. sc. παιδαριον. audax Amor, vulgo nota idea.

v. 3, 4 σιμον ἐφ. in anteced. clarius expresserat; per: σιμα γελᾳ, σιμα σεσηρως, etc. — ὑποπτ. alatus. — ἀκρα δ' ον. κν. malitiose satis vulnerat vnguibus, et, vt rixam inter amantes efficiat, hoc facit: — κλ. γελᾳ, et hoc inter praedicata Amoris.

v. 5, 6 προς — ἐτι λοιπον, praeterea, vt breui dicam. — ἀτρεστον, qui neminem, nec Iouem ipsum metuit et veretur. — ὀυδ' ὠ. μ. φ. τιθ. his declarat, ad quem gradum eius feritas procedat.

v. 7, 8 παντα τερ. κατα παντα, omnino. — τις ἀποπλ. ἐμπ. institor, qui naui in peregrinam terram proficiscitur, παιδα Amorem, ὡν θελ. vt seruum puto aliquem. — προσιτω, accedat, vt de pretio conueniamus.

v. 9, 10 Iam autem omnis scena conuertitur, et in vno puncto quasi omnia concurrunt, in eo: at Zenophilam carissimam tamen habeo, et Amor igitur συντροφος remaneat, necesse est. — κατ. λισσ. mollescit quasi Cupido his minis, lachrymas fundit, et eo mutatur consilium poetae, ἐτι σε π. — Ζην. σ. ὡ. μενε. cum Zenophila mecum degas, cuius te socium et aequalem iungam, et nutriam. — Huius quoque epigrammatis

versionem elegantissimam Herderi adiiciam, quae legitur l. l. T. I. p. 11.

Man verkauf' ihn! und ob er so süß im Schooße der Mutter
Wie ein unschuldiges Kind schlummre; verkaufet ihn doch.
Er ist ungezogen, ein loser Bube, geschwaetzig,
Wild und boese, der ia selber die Mutter nicht schont.
Leichtgeflügelt und keck; er kratzt mit den Naegeln; er weinet
Klaeglich, und wenn er dir weint, lacht er im Herzen dich aus.
Kurz, ein Ungeheuer. Verkauft ihn. Wo nur ein Schiffer
Sein begehret, er nehm immer den Boesewicht hin
Aber sehet, er weint! er fleht! Sei ruhig, o Lieber,
Glaub's, ich lasse dich nicht! Dich und Zenophila nie!

CARMEN XCVI.

Ευλαλον, i. q. λαλιαν, v. C. XCIV. 2. — ἐπλ. ἐντ. ἐμ. κραδ. Ερ. Hanc efformauit, effinxit in corde meo Amor, fecit, vt mihi carissima et maxime amata sit Heliodora; ψυχης ἐμης ψυχη, quae quasi animae meae anima est, ipsi mihi meoque animo tandem vitam inspirat et concedit.

CARMEN XCVII.

v. 1, 2 In Miscell. Nov. Lips. T. IX. p. 473, Reiske V. D. hoc carmen dedit. — Vt mare et nauigationem Veneris poetae fingunt, sic h. l. palaestrae της Αφροδιτης et Ερωτος fit mentio. — τρεφω i. e. mecum habeo, foueo, teneo hospitio quasi. — σοι tibi, ad te. — παλλομ. κρ. vibratum cor, vt solemus, si aliquid longe iaculari volumus, vt hastam, s. lapidem funda. hic vehementer commotum poetae animum pulchre indigitat.

v. 3, 4 Suadet Heliod. Cupidinem συμπαικταν sumere sibi, qui nempe ipsi cor proiiciat; et e cuius manu illa id excipiat. ἀπο σευ με i. e. cor meum. ῥιψ. abiicias — ὀυκ οἰσ. τ. ἀπαλ. ὑβ. ignominiam mihi inflictam, nec moribus palaestrae conuenientem. v. Arg.

CARMEN XCVIII.

v. 1, 2 Exstat in Miscell. Nov. Lips. T. IX. p. 297, vbi Reiske addit „Tenerum et lepidum carmen, quamuis hyperbolicum et Romanticum. Quod in hoc genere

frequens eſt, et tolerari debet. — Ediderunt h. carmen Daniel Heinſius in Carminibus Graecis p. 148, et Bentleius ad Callimachi epigramma 31." Plenum omnino ſuauiſſimo affectu, et quaſi ab Amore, Venere, Muſis ipſis dictatum. Ad puerum autem loquitur: ἔγχει, infunde vinum. — παλιν — παλιν — παλ. plus vice ſimplici. ex affectu haec dicta. — Ἡλιοδωρας ſc. ονομα, ex ſqq. huc protrahendum. συν ακρ. cum mero, infundendo mero, μισγ' ὀν. eo, quod frequentius exclamet nomen Heliod. vt recorder bibendo dulcis puellae.

v. 3, 4 και μοι ἀμφ. ς. corollam mihi impone, vt in conuiuio heſterno. — βρεχϑ. μυρ. vnguentis madidam et ſtillantem. κ. χϑιζ. ἰοντα, quam e conuiuio heſterno reportarat. — μναμοσ. καν. Heliodorae, quae ipſam forte vnguento heri adſperſerat, illique impoſuerat: ideoque poetae μναμοσ. illius amicae erat.

v. 5, 6 Φιλερ. ῥοδ. v. XCII. 3, erat autem roſa innexa corollae, cui vnguentis ſtillanti tribuit non tantum lachrymas, δακρυα, quae ſignificantur guttis vnguenti demanantibus; ſed etiam ſenſum et amorem domini, et erga eum commiſerationem: qua de cauſa addit: οὕνεκα κ. ἀλλ. ἐσορα, κ. κ. ἡμ. zelotypia, cum amore tamen tenerrimo coniuncta. Herderus V. V. c. h. ſic vertit:

Schenke mir ein, und ruf, ruf nochmals: Heliodora!
Miſche den Namen ſüſsklingend zum froehlichen Wein.
Setze mir auf den Kranz, der noch von geſtrigen Salben
Duftet; es gab ihn mir ihre holdſeelige Hand.
Doch ſieh da! es weinet an ihm die Roſe der Liebe —
Gute Roſe, du weinſt, daſs mir die Liebliche fehlt.

CARMEN XCIX.

v. 1, 2 Et hoc carmen Reiske vulgauit Nov. Miſc. Lipſ. T. IX. p. 299, et Heinſius l. l. — Heliodoram facit Deam Suadam, Venerem, Gratiam. — ἔγχει ſuppleo: πωμα, poculum, quo reminiſci nobis liceat Heliodorae. Seruo ſuo autem haec dicit. ἀδυλογω X. i. q. ἀδυλογα. Inter virtutes Gratiarum autem praecipue numerandum eſt το γλυκυμυϑειν.

v. 3, 4 αὐτα γαρ μ. ἐμ. γρ. ϑ. Ea enim mihi ſcribatur, a me cantabitur, cantu celebrabitur Dea. γραφ. pro,

cani, ſolemne; et apud Romanos poetas. cui non in mentem venit illud Horat. Od. I. c. 6.

Scriberis Vario fortis et hoſtium
Victor, Maeonii carminis aliti.

ὡς το ποθ. ἐνομ. συγκ. ἐν ἀκρ. π. eius, Heliodorae, nomen ſaepius exclamando, bibam meruin, hoc nomine quaſi miſtum. cf. cum anteced. carmine v. 1, 2, *ἐγχα, και* Ηλ. *γλ. μισγ᾽ ὀνομα.*

CARMEN C.

Deeſt diſtichon. v. varr. lectt. — *ἀνταρ. μαχην*, ſimpl. pugnare, contendere.

v. 5, 6 *ταχος*, aduerb. *ταχεως.* haec autem ſeruo dicere videtur. — *ἀπλ. πευκ.* quibus forte comiſſatum ire vellet: nox autem erat. — Iam pulſat aliquis ianuam, et ecce! Heliodora venit. — *βαινε* igitur dicit cordi, *ἐντ. σ. ε. παλ.* comprime cogitationem tuam, et muta ſententiam.

CARMEN CI.

Hoc carmen Reisk. V. C. dedit in Miſcell. Nov. Lipſ. T. IX. pag. 303. — *Τρηχ. ὀν.* vnguis acer Heliodorae, quo nempe proelia miſceat. Puellarum arma, vngues. Horat. Od. L. I. 6, 17, 18.

Nos conuiuia, nos *proelia* virginum
Sectis *in iuuenes vnguibus* acrium
Cantamus —

ὑπ᾽ Ερ. *ἀνετρ.* ſub Amore autem nutritus, cum ipſe Amor *ἀκρα ὀνυξι κνιζει.* vid. ſupra C. XCV. v. 3. — *ταυτης* ſc. Heliodorae, *κνισμα*, ſcalptio, vulneratio. *δυν. ες κρ.* in ipſum cor penetrat; i. e. tanta te vi, o vnguis, armauit Cupido, tam plenus es Cupidinis, ſeu illecebrarum, vt vel ſolus valeas in amorem Heliodorae pellicere, etiamſi leuiter tantummodo cutim radens. v. Reisk. l. l.

CARMEN CII.

v. 1, 2 v. Nov. Miſc. Lipſ. T. IX. p. 307. — *ἐν τοδε*, hoc vnum et maximum, quod inter ſua vota habeat. — Noctem, *παμμ. θεων* vocat, non omnium Deorum magnam matrem, ſed eorum tantum, quorum h. l. forte ratio habetur. Nox enim genuit *Μορον*, *Κηρα*,

Θανατον, Ϋπνον, Ονειρον, aliosque; videfis Hefiod. Theog. v. 211-231 et 758 fqq. et ibi Viros Doctiffimos, Heynium et Wolf. — Nox igitur optime mittere potuit vnum ex filiis, vt Ϋπνον f. Θανατον, qui riualem poena afficeret. — κωμων συμπλ. vero eadem dicitur, *comiffationum f. comiffantium coerro*, quia non die, fed noctu fiebant comiffationes, et noctu comiffantes vagabantur.

v. 3, 4 ει τις — βεβλημ. et igitur velatus iaceat vefte Hel. θαλπ. fotus, incalefcat. — ὑπνα π. χ. χλ. — χρωτι χλιαινεσθαι, pluribus locis noftri phrafis obuia. vt c. XIII. ὑπνα π. autem corpus Heliod. dicitur, non ea de caufa, quam Reisk. l. c. addit, fed quia lufibus amoris per noctem ab amatore Somnum arcebat; egregie vero hoc epith. fententiam exornat.

v. 5, 6 κοιμαθω μ. ὁ λ. i. e. *fatifcat, exftinguatur*, Reiske. Pertinebat autem id, ad infortunia amantium, cum nempe, lumine exftincto, pulchritudinem amafiae perfpicere et oculo auido notare non poffent. λυχνε praeterea in re amatoria varius et multiplex vfus. ἐν κολπ. ἰκ. κ. et quidem ῥιπτ. δ. Ενδ. — ῥιπταθ. fimpliciter explico: *proftratus, ftratus, fine fenfu vt aliquis mortuus*. nec Reiske mihi videtur audiendus, qui explicat, de fubfultibus ex anxietate per fomnum obortis. δευτ. Ενδ. vt alter Endymion: qui perpetuo fomno domitus non ofcula Lunae fentiebat. Nota fabula vel e Ciceronis Tufculan. L. I. 38, cui addendus Apollod. L. I. c. 7, §. 5, et alii mythographi. Precatur autem aemulo aeternum fomnum, vt ne expergefactus ofcula Heliodorae rapere, caeterisque amoris deliciis frui poffit.

CARMEN CIII.

v. 1, 2 Legitur hoc quoque epigr. in Nov. Mifc. Lipf. T. IX. p. 308. Noctem alloquitur, quia noctu exercebantur amores. — φιλαγρ. ποθ. amor vigil, qui par amantium non dormire finit, imo ad lufus prouocat. — κνισμ. δηξ. vellicatio, vulnera morfibus facta, quibus vehemens amor fignificabatur. vt ap. Horat. Od. L. I. XIII. 11, 12.

— — — Siue puer furens
impreffit memorem dente labris notam.

δηξιχαρης, vox Lex. ignota: morsibus gaudens, libenter et furenti animo dente notam imprimens. — σκολ. ὀρθρ. quid h. l. σκολιος, cum propr. tortus, tortuosus significet, nesciebam; Reiske autem docebat, esse, i. q. longae, tardae horae matutinae, et noctes, quae diei facere nolint locum. desidero exempla allata huius interpretationis. Idem Vir doctus addidit: „Vult dicere: per amorum nostrorum memoriam longis noctibus exercitorum, et per cicatrices *manibus* meis a tuis *vnguibus*," (puto, labris dentibus) „tum impressas, cum horis matutinis tardigradis pugnantes super lecto luderemus." legebat autem Reisk. δακιχαρη, deriuans hoc a δακνω et χαρ, in quo ego non adsentio.

v. 3, 4 ἀρα μ. μοι λ. ς. num mihi supersunt reliquiae amoris, i. e. num me haec porro amat? et μενει μοι μναμοσυν. monimentum, testificatio, ὁτι φιλ. pro: στοργης ἐμης, restat igitur id amoris mei signum, dum θαλπετ' ἐνι κλ. in lectulo, ψυχρα frigida, i. e. sola, fouetur, recumbit, cubat. Sensus: Amat me protinus Heliodora? et huius amoris mihi dat signum, id, quod nullum riualem alium recipit in lectulum, quem foueat? —

v. 5, 6 ἀρα γ' ἐχ. συγκ. τα δακρ. Siue habet in lecto lachrymas, loco riualis et aemuli, inde συγκοιτα, meas, quas ex amore vehementissimo et gaudio effuderat, cum cum ea concubuisset. — κᾳμ. ον. et me, meam speciem per somnum ipsi oblatam, at ψυχαπ. fallit enim animum, cum somnium sit, φιλει libenter captat, captare amat, ἀμφιβ. στερν. vt comprimat me pectori suo, ἀμφιβαλεσα pro ἀμφιβαλλειν: quod idem est, ac in carm. praeced. simplex βαλλειν, v. 3.

v. 7, 8 νεος ἐρ. amor, pro: amatore, res pro persona; Sic in Aiace, Sophocl. v. 381. Vlysses ἀλημα vocatur; et nos quoque dicimus: *eine neue Liebe* — νεα παιγν. noua ludicra, nouum, alium aliquem habet, cum quo ludere possit? — At hoc nunquam faciet, fidaque semper erit; id poetice extulit: μηπ. λ. τ. ἐσιδ. haec, lumen, fax, ne tu vnquam videas, ne obtingant haec, dum illi lucebis. Lychnum autem quasi praesidem et custodem fingere poetas in re amatoria occupatos, vt ex h. l. patet, sic infra etiam adhibetur, C. CXIV. vbi μυστης appellatur, et pll. ll. — ἀγε ης

π. φυλ. esse deberet proprie: ἀνς φυλαξ ταυτης scil. Ηλιοδωρας, ἡ σε παρεδωκα, vt φυλακα s. μυςην solemnis Graecorum Idiotismus.

CARMEN CIV.

De hoc carmine nihil plane est, quod moneri debeat. Addam solummodo Herderi versionem, qua omnia satis superque manifesta fiant. Est autem haec:

Heliodora, die Blume verwelkt, womit ich dich kraenzte;
Heliodora du blühst, Blume der Blumen im Kranz.

CARMEN CV.

v. 1, 2 Elegans carmen. — λευκοϊον, vid. ad I. v. 56 — Virgil. Ecl. II. 47, ibi Heyn. et Mart. — γελωντα κρινα. v. C. CX. v. 6, candida lilia.

v. 5 μυροβοτρ. Ηλιοδ. — Heliodora nominatur μυροβοτρυς, i. e. cuius comae comtae vnguentis redolent. Cicero eodem modo de Gabinio; Orat. in Pison. c. 11. *Erant illi comti capilli, et madentes cincinnorum fimbriae.* Et Plautus in Truculento, Act. II. Scen. 2, v. 32, 33.

Iam ego istos fictos, compositos, crispos cicinnos tuos
Vnguentatos vsque ex cerebro expellam.

βοτρυς autem notat *cincinnum, capillum tortum; Locken,* v. Salmas. in Plinianis, p. 536. — Apollon. Rh. L. II. πλοκαμοι βοτρυοεντες.

v. 6 ευπλοκ. χαιτ. vt supra C. LXVI. ευπλοκαμος κικιννος.

CARMEN CVI.

Θελω, supplendum μαλλον, quae frequens est ellipsis Graec. v. Vigerum de Idiot. p. 404, ed. Zeun. — το π. ε. H. φϑ. κλ. iunge το φϑ. παρ' Ηλιοδ. κασιν κλ. et hic κλυειν Accusativ. regit, cum in sqq. Genitiv. assumit, τας κιϑ. — Λατοϊδεω — εω lege contracte ω, vt est saepissime apud Poetas. — est autem Latoides, Latonae filius, Apollo, rei musicae praeses Deus. res nota.

CARMEN CVII.

Εν μυϑοις i. e. ἐν ςωμυλιᾳ, cum Heliodora ευλαλος vid. supra C. XCVI. τας Χαριτας χαρισιν, nempe gratia et iucunditate orationis, qua et Gratiae pollent.

CARMEN CVIII.

v. 1, 2 Ανθοδιαιτος, egregium apis epitheton: quae floribus vescitur. μελ. cogitandum de Amore f. Cupidine, qui saepe in apem mutatus in rosis excubat. τι i. e. δια τι. εκπρολ. compositum pro simplici, λιπουσα. — ειαρινας καλυκας. — καλυξ, vsitatissimum, de rosis intelligere, et quidem nondum apertis, ideoque pulcherrimis. Etymol. M. καλυξ, ἀνθος ῥοδȣ μεμυκοτος; inde saepius ῥοδεαι καλυκες, poetis nominantur. Analect. Br. T. I. pag. 216; Asclepiad. XXIV. v. 4. D'Orvill. in Vanno crit. pag. 102 sqq. et Mitscherlich, amicum nostrum sincerrimum ad Hymn. in Cer. quem nuper egregio comment. ornauit, pag. 213. — bene autem epitheto, ειαριν. ornantur, nam ῥοδον ειαρος μελημα, Anacr. V, 7.

v. 3, 4 An mihi indicare volueris, esse aliquid in amore γλυκυ, et πικρον? is est sensus. — κεντρα autem meminit, respectu Amoris, qui iam apis esset.

v. 5, 6 ταυτ' ειπας, aoristus signif. praesentis. — παλ. ς. nihil aliud, quam *redi!* scil. ad rosas tuas. — αγγελ. nempe eam, amori inesse aliquid dulce et amari. — Addo Herderi versionem: T. I. p. 1.

> *Blumenkostende Biene, warum verlaessest du deine*
> *Süsse Blumen, und floerst sumsend der Liebenden Kuss?*
> *Oder wilt du mir sagen: o Freund! die Biene der Liebe,*
> *Auch ihr süssester Kuss drücket den Stachel ins Herz.*
> *Ja das wilt du mir sagen; geh hin zu deinem Geschaefte,*
> *Gute Biene, das sprach lange die Liebe mir selbst.*

CARMEN CIX.

v. 3, 4 δακρ. δυσδακρ. e luctu summo exortae lachrymae — ναμα ποθ. i. e. ναμα δακρυων, ποθῳ ortarum lachrymarum. Alludit autem ad notum illum morem vino vngere sepulchra, f. vrnas mortuorum, v. supr. C. XVI. 3.

v. 5, 6 οικτρ. — οικτρ. repetitio huius voculae maiorem commotionem animi significat, et vim habet ad afficiendum lectorem. — εν φθιμ. inter manes. κεν. ες Αχ. χ. Acheron pro Orco. χαρις est gratum munus, libatio nempe, κενεα, qua tamen non mollitur Orcus, vt Heliodoram remittat.

v. 7, 8 αἰ, αἰ, vox lamentantis et eiulantis. — θαλος pro puella, v. supra LXXXVIII. v. sq. est ανθος. —

ἀκμαιος, quod in faſtigio honoris, aetatis magnificentiae eſt, ab ἀκμη, igitur h. l. praeſtantiſſimus, floridiſſimus flos. — v. 9 γα παντροφε eſt: *alma* terra: ſolemnis epith. — Adſcribo huius etiam elegantiſſimi carminis verſionem Herderi, T. I. p. 57, lib. laud.

Thraenen bring' ich dir dar zum traurigen Todtenopfer
Unter der Erde, wo du, Heliodora nun wohnſt
Bittre, rinnende Thraenen, das lezte, was Liebe dir geben,
Was im Grabe dir kann geben ein trauriges Herz:
Denn ich klage dich ſchwer — o! ſchwer betrübet, da du nun
Süße Schattengeſtalt, unter den Todten wohnſt,
Mir entriſſen. Wo biſt du ſchoene Sproſſe? wer hat mir
Deine Blume geraubt? ach! der entſtellende Staub!
Nun ſo fleh' ich dich an, du allerbarmende Mutter
Erde, die ſanfteſte Ruh goenn' ihr in deinem Schooß!

CARMEN CX.

Hoc longe elegantiſſimum carmen inter alios etiam edidit *Zenobetti*, Italus, at ridiculo errore. Opinabatur enim nondum editum eſſe antehac et obtrudebat pro ἀνεκδοτῳ, et tanquam venerandae antiquitatis pretioſiſſimum monimentum, a ſe recens detectum, eruditis, Romae, 1759, paucis paginis. qua iactantia doctis Ieſuitis patribus fucum fecit. vid. Iourn. de Trevoux, Ianvier, 1760, Vol. I. p. 61. Errorem breui poſt detexit ex eadem familia eruditus quidam, perſonatus auctor epiſtolae, quae in eisdem ephemeridibus ad menſem Martium p. 763 legitur, cui inſerta Grotii verſio, (quam deinde dabimus) e Cod. petita, quem propria manu deſcriptum Vir magnus Collegii Claromontani ſociis dederat, quemque in Gallia vnicum ſeruabat tum eorum Bibliotheca. Haec narrauit V. S. Brunck. in notis ad Anal. et quidem Callim. T. III. p. 105. —

v. 1 Horat. Soluitur acris hiems, grata vice Veris et Fauonî. —

v. 2 πορφυρεη ειαρος ὡρη, purpureum ver, i. e. pulchrum. vid. Vulp. ad Tib. omne enim, quod ſplendet, purpureum eſt et Graecis et Latinis. — μειδησε, ſplendet, propr. ridet. μειδαν, γελαν quaecunque res dicitur, quae ſerena facie ſe conſpiciendam praebet, ſeu omnino ſenſus noſtros afficit virtute aliqua, eos-

que delectat. inde haec verba verti debent, ita, vt textus et nexus orationis id postulat; de iis, quae oculos, ideoque et animum, exhilarant, vsurpatur h. l. μειδαν, et v. 6 γελαν — λειμωνες γελωωσιν. item C. CV. v. 2 γελωντα χρινα. Iliad. T, 362.

Αιγλη δ' ὀυρανον ἱκε γελασσε τε πασα περι χθων.

De laeto aliquo sono et chordarum concentu, qui aures nostras afficit, v. Hesiod. Theogon. v. 40.

— — — — — γελᾳ δε τε δωματα πατρος
Ζηνος ἐριγδουποιο, θεαν ὀπι λειριοεσσῃ
σκιδναμενῃ — — —

videndi ad h. l. V. Doctissimi, Heyne et Wolf. — De rebus denique dicuntur quoque γελαν, at rarius μειδαν, quae odorem suauissimum spargunt, vt in Theognidis v. 9. Hymn. in Cerer. v. 13.

κηωδει δ' οδμῃ πας ὀυρανος ευρυς ὑπερθεν
γαια τε πασ' ἐγελασσε —

vbi vid. Mitscherl. V. Cl. et quae loca VV. DD. ibi attulit. Egregie cum h. l. comparauit V. S. Ruhnken. in praefatione illum versum epithalamii, de nuptiis Pel. et Thetidis, v. 218.

— — — — permulsa domus iucundo *risit* odore.

v. 12 βοτρυοεις κισσος, siue ad florem hederae et fructum alludit, siue ob eius ambitiositatem, vt ita dicam, multosque racemos et corymbos eam βοτρ. nominat.

v. 13 βουγενεες μελισσαι, apes e boum visceribus enatae. mira quidem at solemnis apud veteres opinio, apes sic enasci, et alia animalcula. Quod ad illarum ortum attinet, videsis Geopon. XV. 2, Scriptt. Rei R. Columella L. IX. c. 14, §. 6; Varro III. 16, 4, qui ex epigram. Archelai versum adducit, in quo apes nominantur.

— — βοος φθιμενης πεποιημενα τεκνα,

et alium v. eiusdem Archel.

ἱππων μεν σφηκες γενεα, μοσχων δε μελισσαι.

Addendus Virgil. Georg. IV. 541, et ibi Cerda, qui multa huc pertinentia collegit.

Reliqua sane difficultate carent; tamen non possum non, quin coronidis loco interpretationis huius carm. addam elegantissimam versionem magni Grotii, de qua ante mentionem feci.

Horrida nimbosae cesserunt tempora brumae,
blandaque purpurei pandit se gratia veris.

laetior induitur viridanti gramine tellus,
et rediuiua nouis ornatur frondibus arbor:
et matutinos rores vbi prata biberunt,
rident, at foliis circum rosa surgit apertis.
disparibus cantat calamis, qui montibus altis
pascit oues, albosque suis cum matribus haedos.
carbaseas Zephyris pandentes mollibus alas,
fluctibus insultant vitreis impune carinae:
velatique hedera caput et liuente racemo
Nysaei celebrant euantes orgia mystae.
At tauro sata gens apium sub regibus vrgent
mellis opus, subterque aluearia vimine texta
multifores fingunt in castra tenacia ceras:
omnis et in tremulos cantus diffunditur ales;
fluctibus alcyones, tectis modulatur hirundo,
perstrepit albus olor ripas, iuga montis aëdon.
quod si laeta viret tellus, ramique comantes,
si pastorali pecudes mulcentur auena,
Bacchus agit choreas, sulcant rate caerula nautae,
exercentur apes, volucres quoque carmine gaudent,
nunc certe, si quando, decet cantare poetas.

CARMEN CXI.

v. 1, 2 Hos duos versſ. adducit Suid. V. *ἀγρονομος*, et quidem sic:

ἠχηεις τεττιξ δροσεραις σαγονεσσι μεθυσθεις
ἀγρονομον μελπεις μουσαν ἐρημολαλον.

Male! et scriptum esse debuit, vt nos secundum Br. in textu dedimus, monente Toupio ad Suid. T. II. pag. 9. Est enim *ἐρημολαλος*, in solitudine loquax; hinc et in alio epigr. *φιλερημος* dicta cicada. — De hac auicula autem vidend. Plin. Hist. N. L. XI. c. 32, add. Anacr. Od. XLIII. ibique interpretes. Sonum et vocalem cantum huic animalculo vett. attribuebant, nostris auribus non peraeque gratum. inde illis est *ἠχηεις*. — *δρ. σ. μεθ.* *Pascuntur rore Cicadae*, Virgil. Eclog. V. 77. \cf. Theocr. Idyll. IV. 16; Antipatri Thessal. c. XXX. Anal. Br. T. II. p. 116; Pamphili Carm. II. Anal. T. I. p. 258; Mnasalc. ep. X. Anal. T. I. p. 192. — *μουσα*, pro cantu, solemne. vt in epigr. Phaënni II. Anal. T. I. p. 257.

Δαμοκριτῳ μεν. ἐγω λιγυραν ὀκα Μουσαν ἐνιην
ἀκρις ἀπο πτερυγων τον βαθυν ὑπνον ἀγοι.

v. 3, 4 *πριονωδ. κωλ.* epith. quo forma externa membrorum, pedum cicadae ad oculos ponitur: in ferrae modum pinnati pedes. — *χρωτι κλ.* obtinuisse videtur opinio ap. vett. cicadam sonum inprimis edere pulsato alis corpore, et inde *κρεκειν* fere propr. de eorum cantu.

v. 5, 6 *νεον παιγν.* — *νεον* est nouum, inauditum, recens, eoque iucundius *παιγν.* — cantilena, carmen Nympharum in honorem, iisque sacrum. de voce *παιγν.* vidend. omnino Leunep. ad Coluthum. — *αντωδ. Π. κιλ.* cantum, qui, quem Pan Deus excellenter exhibet, non illo inferior haberi possit. —

v. 7, 8 vt somno amoris curas fallam. Visus autem veteribus cantus cicadae habere aliquam miram vim, qua animos irretiat. vid. Platon. in Phaedro. — *ὑπο σκιερ. κεκλ. πλατ.* Horat. *Membra sub arbuto stratus.*

CARMEN CXII.

v. 1, 2 *Ακρις*, de *ακρ.* locusta, vid. Plin. Hist. N. L. XI. c. 35, et quod diximus de cicada, id omne quoque valere videtur de locusta. — *απατ. ποθ.* cantu enim suo fallebat curas et amoris sollicitudines; eoque ipso suadet somnum, inde *παραμυθ. ὑπν.* vespertina autem cantabat. *αρουρ.* M. quae rure degebat, et cantu tanquam Musa delectabat rusticos et agricolas. — *λιγυπτερ.* alis et haec cantum excitare credebatur.

v. 3, 4 *αὐτοφ. μιμ. λυρ.* eodem iure dicitur, quo ab Horatio Echo, *montis imago.* — *ἐγκρεκεσα φ. π. λ. πτ.* vid. Dorvill. ad Charit. p. 516, edit. Lips.

v. 7, 8 Hoc distichon exstat ap. Suid. V. *γητειον*; qui h. vocem explicat *αμπελοπρασον*, cepae genus, quo putabantur locustae vesci. — *ἀειθαλ.* omni tempore virens et edulis. *ορθρ. δωρα*, cum nempe vespertino tempore cantu somnum crearet poetae, mane tandem expergefactus dare constituebat illi dona. *δροσ. ψεκ.* nam et locustae pascuntur rore, vt cicadae. Audiamus iam Herderum haec egregie vertentem:

Süße Grille, die mich um meine liebenden Sorgen
oft schon taeuschte, mir oft brachte den troestenden Schlaf.
Laendliche Saengerin auf! mit deinen schallenden Flügeln
dir selbst Leier und Ton, singe was liebliches mir.

Daß sich meine Sorgen zur Ruhe senken, o singe
froehliche Saengerin, mir deinen froehlichen Sinn
in die Seele. Ich will auch mit Thau, mit grünenden Knospen
dich beschenken; es soll ewiger Sommer dir blühn.

CARMEN CXIII.

v. 1, 2 Nymphis Bacchus deditus per Mercurium ex Apollodoro nota res, L. III. c. 4, §. 3, vbi vid. Heyne V. S. — ἐκ πυρος ἥλαϑ' ὁ κ. vnde πυρινος dictus — λυσαν, forte id vulgari narrationi a poeta adfictum. ὑπ. τ. κυλ. cum nempe non amplius inter carbones et ignem lateret; —

v. 3, 4 συν pro συνεςι. Βρομιος, Bacchi notissimum nomen. — μισγεϑ. sc. Nymphis. δ. π. ἐτι. καιομ. recidet in ignem, qui nondum est extinctus. ad amoris ignes autem alludit, v. in Argum. Hoc epigr. Herderus sic vertit:

Als Dionysus einst aus Jupiters Flammen ans Licht sprang,
Wuschen die Nymphen ihn freundlich am kühlenden Quell;
Und noch liebt er die Nymphen, und wird mit ihnen so milde;
Ohne der Kühlenden Bad ist er ein brennender Gott.

CARMEN LIV.

Ανϑεμα, pro ἀναϑεμα, quod alicui Deo proprium facimus, id est ἀναϑεμα: donarium. — σοι, K. Φιλ. tibi, amica Venus, ϑέτο, posuit, consecrauit Meleag. λυχνον, quem συμπαικτ. nominat, i. e. collusorem suum, quod ad eius lucem cum puella luderet, eoque lychnus velut spectaret eius ineptias, — hunc lychnum ϑετο, μυςην, sacerdotem quasi, quod secretissimorum suorum esset conscius. Latini, vt ait Reiske, sacerdotem, quem Graeci μυςην appellant eum, qui penitus rem aliquam perspectam habet, eius sacra, i. e. abdita, et a vulgi oculis vsuque secreta perreptauit. — παννυχιδ. peruigiliorum.

CARMEN CXV.

Cum hoc carmine inprimis conferendum est, illud Leonidae Tarentini, XLVII. Analectorum T. I. p. 232. Est in hoc enim fundus nostri et idem argumentum; vt necesse ducam, quod iam adscribatur.

Ουκ ἐμα ταυτα λαφυρα· τις ὁ ϑριγκοισιν ἀναψας
Αρηος ταυταν ταν ἀχαριν χαριτα;

ακλαςοι μεν κωνοι, ἀναιμακ]οι δε γανωσας
ἀσπιδες, ακλαςοι δ' αἱ κλαδαραι καμακες.
αἰδοι παντα προσωπ' ἐρυθαινομαι, ἐκ δε μετωπε
ἱδρως πιδυων ςηθος ἐπιςαλαει.
πυςαδα τις τοιοισδε, και ἀνδρειωνα, και αὐλαν
κοσμεεται, και τον νυμφιδιον θαλαμον·
Αρευς δ' αἱματοεντα διωξιπποιο λαφυρα
νηον κοσμοιη· τοις γαρ ἀρεσκομεθα.

v. 1, 2 vid. varr. lect. — περι θριγκ. ex pariete, puto, thalami. — πανναισχ. τερψ. foedam voluptatem Dei pugnae, Martis: eum amantium, quibus foedissimum tale quid taedium nec voluptatem creat.

v. 3, 4 περιαγεες, fracta. — ἀλλοφος, duplicato λ, pro ἀλοφος, sine crista, igitur, quae acri pugnae interfuit, ex acri pugna direpta erat. — σακος φονῳ χρανθεν. — φονος, h. l. cruor. φ. χρ. cruore eonspersum, perfusum scutum. — ἀρηρε, apta sunt haec spolia, mihi non conueniunt; cum Marti potius sint πανναισχ. τερψ.

v. 5, 6 ἀλλ' αὐτ. sed hic (temere, lusus causa) γαν. splendentia, — ἀςυφελ. non fracta, non discussa, (ferro munita), οἱα π. — tanquam non pugnae, sed chorearum spolia.

v. 7, 8 οἱς hisce, nempe, armis splendentibus et non fractis nec cruore conspersis, κοσμ. θαλ. γαμ. ornate thalamum meum nuptialem. — λυθρῳ λαβ. ὁπλ. i. q. antea φονῳ χρανθ. σακ. — σηκ. Αρ. εχ. talia teneat Martis aedes, cui nempe ἀναθηματα esse possint, et deuota.

CARMEN CXVI.

v. 1, 2 βοις ἱκετης ἐπιβωμ. bos ad aram constitutus, ideoque morti damnatus, ἱκετ. est, supplex pro vita mugiendo rogat: ψυχ. h. l. vita, ῥυομ. vt seruet, defendat. θανατε sc. ἀπο, a morte.

v. 3, 4 Κρονιδη, Ioui igitur sacer erat — τον ἀροτρεα, bouem. — addit rationem, ob quam isti boui vita donaretur. — ἀναξ, omnes Dii ἀνακ]ες, et Iupiter inprimis. πορθμευς Ευρωπ. De Europa et Ioue tauro omnia notissima. — Concludit autem poeta sic: Hic morti destinatus a Te vitam petit, et tu eam ipsi concedere debeas, cum sub tauri specie aliquando tibi gratissimum obtigit; nempe vt portitor fieres Europae.

CARMEN CXVII.

De Niobae fato vid. Metamorph. Ovid. L. VI. v. 148. Plin. Hist. Nat. XXXVI. 4. Apollod. III. c. 5. §. 6. ib. not. Heyn. V. S. — in Antholog. saepius cantata Niobe, e. g. ab Antipatro, c. XLII. et XLIII. Anal. T. II. pag. 17, 18 et pll. ll. adde Sophocl. Antigon. v. 823 sqq. — Forte ob oculos habuit poeta aliquod insigne monumentum, cuius generis vnum adhuc exstat Florentiae. v. Argum.

v. 1, 2 Filia Tantali Niobe. — κλυαν, c. Accusatiuo, sic saepius Graeci. φατιν cantum αγγ. ατ. — ατη, infortunium. δεξ. auribus accipe, audi; cum enim statua Niobae lachrymas fundere fingitur, noster quoque illi sensum auditus non adimit. — λαλια, cantus, carmen lugubre.

v. 3, 4 λυε αναδ. vittam solue, quam deponere solebant in luctu veteres, vt passi forent capilli. — γειναμ. βαρ. τοξ. qui pueros, αρσενοπ. γονον, genuit, vt luctuosa Apollinis tela haberent, quos figerent. — Septem enim eius filios Apollo peremerat; iam Diana occidebat septem filias.

v. 5, 6 αταρ τι τοδ' αλλο; sed quid dicam? non modo pueros tuos, imo etiam puellas tuas morituras sagittis video? πλημμ. propr. de vnda superfluente et exaestuante: iam de caede nimia; quae ad filias procedit, transit.

v. 7, 8 Egregia pictura in sqq. puellarum morientium. — επι γας, nempe, ante matrem. επιμας. pectori, mammis adhaerens.

v. 9, 10 αλλα, alia, θαμβ. αντ. β. telum, quod iam mitti videt, hoc timet et metuit. — εμπν. ομμ. dum ipsa adhuc viuit.

v. 11, 12 ματηρ στερξ. cui placebat, παλαι antea, λαλον ς. mala h. l. significatione λαλ. est enim superbe loquens; mater, quae antea gloriabatur et superbiebat, et ob prolem et ob pulchritudinem. πεπηγε σαρκοπ. λιθ. poetice, pro: lapis facta est. Sophocl. Antig. 826 et 827.

ταν, κισσος ὡς ατενης,

πετραια βλαστα δαμασεν. —

CARMEN CXVIII.

v. 1, 2 Ex difficillimis eſt h. c. — Heraclitus eſt ille Epheſius, de quo legendus Diogen. Laert. L. IX. ab init. — ὠνϑρωφ. viator, is nempe, qui in tumulo haec inſcripta legeret. — ἐγω ἀνευρ. σοφα, ſecundum Laertium l. l. dicere de ſe Heraclitus ſolebat: αὑτον διζησαϑαι, και μαϑεῖν παντα παρ᾽ ἑαυτȣ. — μȣνος eſt igitur: ego ſolus, nullo alio magiſtro vſus. — ταδε nempe σοφα, ἐς πατρ. quibus patria, Epheſus, bene conſtitui poſſet, vtilia patriae, φαμι κρεσσ. κ. σοφ. potiora affirmo ea eſſe, vel omni alia ſapientia. Videtur enim moralia docuiſſe ſuos ciues, cum alii Philoſophi ſolummodo phyſica docerent et inquirerent: ideo forte, cum videret talia maiorem vtilitatem habere, ac illa, ſua potiora dixit omnibus aliis ſcientiis.

v. 3, 4 ante hoc diſtichon deeſſe verſus videntur. — λαξ κοτεων notanda phraſis: *ita infenſus Aſiae, vt eam calcibus petere paratus eſſem. Salmaſ.* — Laertius epiſtolam nobis reliquit, quam Heraclitus ad regem Perſarum ſcripſerit, in qua inuitationem Darli non accipit, vt ad eum veniret: quae, etiamſi ficta ſit, hoc ſaltem teſtatur, Heraclitum Perſis inimicum fuiſſe. — δυσφρ. ἀνδρ. puto igitur, eſſe Perſas: et ϑρεψαμ. ciues, quibus λαμπραν χαριν feciſſet eo, quod Perſas ita male habuerit, et tractauerit. Non enim adſentior Reiskio, vertenti; *ſublata enim voce latraui aduerſus ciuium quosdam nouarum rerum ſtudioſos, ſcaeuorum conſiliorum fautores, o amice.* Vir doctiſſimus mire ſe torquebat in interpretando h. c. at nihil ſane profecit.

v. 5, 6 ἐκ ἀπ᾽ ἐμ.: ſc. εἶ; abis. Tune hinc abis a me, meoque tumulo? i certe! at ne τρηχυς, malo omnine, mala imprecans, acerbus mihi et durus. — quippe tibi impendent forte etiam duriora! — χαιρ. σ. εκ π. Εφ. equidem tibi vel a patria noſtra Epheſo procul abſentem omnia bona adprecor. — Certe vltima haec impedita, nec plane intelligo. Subeſt forte ſubinde mendum.

CARMEN CXIX.

Fabula, quae hic ſubeſt, eſt haec: Archilochus ille plurimorum metrorum inuentor, intra XV-XXXV. Olymp. florebat, Parius poeta, ſatyrico ſtylo tan-

tum valuit, vt homines eo adigeret, vt mortem sibi consciscerent. Quod Lycambes quidam damno suo sensit. Is enim, cum vnam e filiis, Cleobulen, Archilocho despondisset, et deinde, mutata sententia, illam alii nubere iussisset, acri iambo Archilochi eo adactus est, vt desperaret, et ipse cum tribus, quae illi erant, filiabus vitam laqueo finiret. — Iurant igitur hic filiae, quod Archilochus illis abnegarat, se pudicitiam probe tutas esse.

v. 1, 2 Per Plutonis dextram iurant, vt vel Dii ipsi facere solent, qui per suam dextram iurent. — κελ. θεμν. per torum nuptialem, κελ. nigrum, vtpote in Orco, vbi vsque tenebrae. Φερσεφ. Persephones, vxoris Plutonis, ἀῤῥητ. non dicenda, non nominanda, quam alias nominare nefas habetur: non temeranda.

v. 3, 4 ὑπο χθονι, excesserant igitur e vita virgines sane incorruptae pudicitiae. — πικρος Αρχιλ. quoniam acri et acuto quasi iambo armatus erat. — ἐφλυσε, acerbe locutus est. id quod nos cum Gallis dicimus: *persifliren*. — Suidas, φλυαν, το ἀναζεν, βραζεν, igitur est propr. efferuescere, ebullire. h. l. metaph. proiicit ampullas et maledicit.

v. 5, 6 ἐπεων καλ. φατ. est poesis. καλα εργα. proba materies et bona argumenta. — γυναικ. ἐς πολ. vt, tanquam hostis bellum gereret contra mulieres nos.

v. 7, 8 construe: Π. τι ἐτραπ. ἐφ' ἰαμβες, ὑβριστηρας κορησιν, qui nobis virginibus maledicunt, nos maledictis vexant. Fieri non debebat, nec vos Musae numine vestro poetae Archilocho inspirasse iambos maledicentes, fas erat. — ἐχ ὁσιῳ φωτι, qui vestra sacra non pie colit, impio in vos et profano.

CARMEN CXX.

v. 1, 2 Puellas apud veteres fouisse, fere vt nostri aeui mulieres, animalculum s. bestiolam aliquam, non ignota res est. Sic Lesbia Catulli passerem, nostra Phanium leporem, aliae aliud habuere, catulum et sic porro. Iam lepori huic Phanii epigramma condidit Meleager. — παις h. l. de catulo lepore, notandum. ἀρτ. μ' ἀπ. ε. ergo valde iuuenem. — ὠατοεντα, h. l. ὠατοας de lepore, alias de asino, vt et La-

tini *auritulum* dicunt. in Fragm. Callim. 320. *θηρ. ὠατοεις.* ad quem locum vid. V. Ill. Ruhnken. Epist. crit. II. p. 188.

v. 3, 4 *ἐν κολπ. στεργ. δ'ιετρ.* fingularem his caritatem, qua illa eum complexa eſſet, indicat. — *Φαν. γλυκεροχρ.* ornat.

v. 7, 8 *προς κλισιας*, non longe a domo. — Cum h. c. praeterea conferenda Catulli in paſſerem Lesb. et Statii Siluar. L. II. c. 4 in Pſittacum Melioris.

CARMEN CXXI.

Παμμητορ nihil aliud eſt, quam *alma*. — *τον βαρυν — ἀβαρης*, in hoc acumen epigrammatis. Aeſigenes enim corpore erat paruulo. Herderus h. c. ſic vertit:

Gütige Mutter Erde, wer dir im Leben nicht Laſt war,
O den birgeſt du ſanft: birg den Aeſigenes ſo.

CARMEN CXXII.

v. 3, 4 *ὁ ἐκ ἀροτρα βιος — ὁ ἐκ νηων* — et *τοις σοφοις ἑταρος βιος* eras agricola, ſiue nauta, ſiue Philoſophus?

v. 5, 6 *αὐτοθελα*, vltro, ſe ipſe igitur interfecerat. *κατ. γευσαμ. κυλ.* mortis nempe, vt nos: *den Kelch des Todes.*

v. 7, 8 *λαβοι νυ σ. β. ἰλ.* Sic Ouidius Amor. L. III. 9, 67, 68.

Oſſa quieta, precor, tuta requieſcite in vrna
Et ſit humus cineri non oneroſa tuo.

CARMEN CXXIII.

De Antipatro Sidonio, nam alius eſt ille Theſſalonicenſis, Voſſius in Lib. de poet. Gr. p. 68, ita: Olympiad. CLXIX. anno ſecundo, quo Conſules fuere Marius IVto et Catulus, claruit Antipater Sidonius, de quo Cicero in Lib. de Oratore (III. 50, adde de fato II.) „Quod ſi Antipater ille Sidonius, quem tu probe, Catule, meminiſti, ſolitus eſt verſibus hexametros, aliosque, variis modis atque numeris fundere ex tempore, tantumque hominis ingenioſi, ac memoris valuit exercitatio, vt, cum ſe mente ac voluntate conieciſſet in verſum, verba ſequerentur. „Mirum eſt, quod de eo Valer. Maximus et Plinius

prodidere; quotannis non nisi semel febri solere corripi, idque natali die, atque eodem decessisse. vid. idem Vossius de Histor. Graec. L. III. — Reliqua Antipatri carmina autem insunt Analectis Br. T. II. pag. 6 et 527. — Nostrum Meleagri in eum epigr. ediderunt praeter alios, D'Orville in Vanno crit. p. 139 sqq. qui multa praeclara attulit; et Leichius eruditiss. inter carm. sepulchralia, p. 16, quibus addendus Reiskius in Anthol. Cephal.

v. 1, 2 ἁ σαλα. o columna! Attici quoque nominatiuum cum articulo pro vocatiuo ponunt. Aristoph. Ran. 40. Eccles. 128.. *Dorvill.* — τι, — δια τι. quam ob caussam, cuius rei symbolum. σοι — ἐν σοι. — συνθημα, signum, symbolum, nempe ἀλεκτωρ γοργωπος, qui Gorgonis vultum refert: ideoque adspectu terribilis, superbus, minax. — σκαπτοφορος, qui sceptrum gerit, πτερ. καλλαιναι, ala sub purpurea: — forte simpliciter: *lapidea*. Erat autem effigies huius galli ita comparata, vt sub ala haberet sceptrum, quod insigne erat regum et oratorum et praeconum: et pede altero tenebat ramum palmae.

v. 3, 4 ὑφαρπ. surripiens, et per consequentiam, tenens. — Quaeri non debet, cur ὑφαρπ. cum aliter dicere potuisset poeta: verbum hoc actionem ipsam magis ob oculos ponit et viuidiorem reddit orationem. — κλαδ. palmae ramum, ea enim insigne est της Νικης, Victoriae et victoris: hac coronati ibant — ἀκρα, in extremo, in summa ora (*am aeusersten Rande*) βαθμιδος, basis, *des piedestals*, s. omnino, illius lapidis, in quo effigies galli erecta stabat. v. 19 est simpl. πετρος. — ἀςραγ. talus, προπετ. κεκλ. in ruinam vergens, qui in eo erat, vt se verteret; symbolum mortis et imbecillitatis vitae humanae. Alio quodam loco Antholog. est: κειμενος ἀςραγαλος.

v. 5, 6 ἠ ῥα γε — κρ. nempe tu, tumule, abscondis, σκαπτεχον ἀνακτα νικ. μαχας; quibus verenda et fortis alicuius regis s. herois persona indicatur. νικαεις est adiectiuum. — Adiectiua talia, a substantiuis facta, et possessionem aut copiam alicuius rei habentia plura dedit Dorvill. libr. laud. pag. 144 sqq. nostrum est a νικη, νικηεις, νικαεις, νικαν. Sic in fabulis φωνη — φωνηεις, τα φωνηεντα ζωα. — τι σοι π. α. qua de caussa hic est talus, παιγν. ludicrum, talis enim ludebatur.

v. 7, 8 πρὸς δὲ, praeterea, insuper. — λιτος, non enim erat ὁ τυμβος magnificum opus, vt diuitibus exstrui solebat. ὀρν. κλ. ν. ἀνεγρ. cui necesse sit, ad galli cantum surgere, vt labores et pensum diurnum a primo mane instituat et perficiat: bene autem ab hac parte notauit virum pauperem, in cuius tumulo gallus staret.

v. 9, 10 ἐ δοκ. sibi ipsi negat, nam hoc non admittebat, σκαπ]εχος. — ergo forte ἀθλοφ. κευθ. νικ. π. ἀαρ. victorem abscondis, qui cursu vicit. bene autem νικ. ἀαραμ. dixit, cum dicimus quoque ποδας ἀαρειν. reportauit igitur victoriam pedes tollendo i. e. celeriter currendo. aeque bene autem ποθων mentio fit, quia pedibus palmam tenebat gallus.

v. 11, 12 ἐ ψαυω, non attingo sc. rem, scopum. locutio desumta ab iis, qui hasta ferire aduersarium conantur, vt Iliad. Ψ. 805. vel a iaculantibus. ψαυειν hic synonymon cum τυγχανειν et συμβαλλειν. vel potius ψαυειν se res dicuntur, quae se tangunt, vicinae sunt. Sic igitur, quando coniectura fere, vel etiam omnino quis quid diuinatione adsequitur, is dicitur ψαυειν τε λογε, τε αἰνιγματος, v. Dorvill. l. l. — καὶ τηδε, etiam hac coniectura. —

v. 13, 14 Φοιν ἐ νικ. ἐ. π. δε. palma enim insigne erat huius vrbis Tyri. cf. Spanhem. Numism. praestant. T. I. p. 345. Quod autem Antipatrum Tyrium facit, qui Sidonius est, eadem ratione fit, vt apud Virgil. Aen. L. I. 617, qui Didonem Sidoniam dicit, quae Tyria erat. — μεγαυχη quae gloriatur, superbit ob ciues. Phoenices enim et diuites ex mercatura et nauigatione, et celeberrimi ob scientias, quibus insignes, et quarum inuentores erant. — ταν πολυπ. Τυρ. cf. Carmen II. v. 11, 12, siue ad ματερα referas, distincto post πολυπ.

v. 15, 16 ὀρνις δ. sc. ἐνεκα. gallus est ὀρνις. vt Latinis saepius ales. Audiamus de gallo Dorvill. l. c. „In symbolis gallus tria indicat. 1. Stentoream vocem, vel hominem, qui voce excellit, vt orator, praeco: et quia non solummodo magna voce praeditus est hic volucris, sed etiam canora, hinc 2. notat saepe poetam, et quidem magniloquum; — quia denique salacior auis, designat hominem in Venerem procliuiorem.“ Quae concedo; sed quae loca attulit Vir egre-

gie doctus haec omnino non comprobant; in Theocrito enim Μοισαν ὀρνιχες, et in Horat. ales, poteris aeque bene per cycnos interpretari. — γεγωνος a γεγωνεν. clara et magna voce proclamare, vt audiaris. Hesych. γεγωνισκει, λεγει. γεγωνος, κραξας. γεγωνων, κραυγαζων, βοων. vid. Eustath. ad Il. M. p. 909. Hoc loco eleganter Antipater Sophista et rhetor vocatur γεγωνος, vocalis. — περι Κυπρ. puto ob amatoria eius carmina, quorum plurima adhuc exstant. v. supra. — πρᾶτος excellentiam aliquam notat. — ποικ. ὑμνοθ. poeta, qui vario carminum genere lusit. vt ap. Ouid. Trist. IV. 10, 49 numerosus.

Et tenuit nostras *numerosus* Horatius aures.

ita passim poetae, carmina, instrumenta musica ποικιλα. Pindar. Olymp. III. 14 φορμιγξ ποικιλογαρυς. Olymp. IV. 4 ποικιλοφορμιγξ ἀοιδη. adde Nem. IV. 23, 77. Theocr. Idyll. IV. 10. v. Dorv. l. l.

v. 17, 18 σκαπτ. συνθ. λογ. — sceptrum symbolum λογων. cf. Eustath. ad Il. A. 15. Σ. 506. Odyss. E. pag. 1525. Leich. ita: „Mercurii caduceum, quo animas Orco claudere ac in vitam reducere putabatur, eloquentiae imaginem esse, veteres statuunt. Hinc praecones, qui suam originem ad Κηρυκα Mercurii filium referunt, olim caduceo, tanquam certissimo sui muneris signo, vtebantur.“ — θνασκ. δ. πεσ. οἰνοβρ. Et huic l. addam, quae Leichius habet: „Erat in vetere alea inter iactus infelices, qui χιος et οἰνος, latine *vnio*, vocabatur, isque symbolum deinde fuit, non eorum modo qui Chio orti erant, sed etiam hominum, qui nimio potu mortem accelerauerant, et vino quasi immortui erant.“ Adducit epigr. Leonidae, quo haec probat: quod exstat in Anal. T. I. p. 242, Carm. 84.

CARMEN CXXIV.

v. 3, 4 πετρος ἀνετ. Poetae si quidem vehementem seu amoris seu luctus aut alius rei vim describere volunt, arbores, lapides et alia inanimata moueri dicunt, vt supra C. XIII. v. 3, 4, vbi vid. Not. — Sic h. l. cum tu mortuus iaces, luctum vehementissimum omnia sentiunt. — σον νεκυν, corpus tuum exanimatum, cadauer, poet. pro: te. non enim puto, ab anima h. l. poetam distinguisse corpus.

v. 5, 6 πενθ. opp. Υμεν. vt igitur Υμεναιοι carmina nuptialia significat; sic πενθος querelam, quam mulieres quaedam ad id arcessitae, excitabant. Vtrique conuenit ἀνωρυεσθαι. quod notat, altum clamorem tollere. — χαρ. μαστ. sunt mammae matris, quae polliceri videbantur gratissima et felicissima quaeque, lactando Charixenum, at nunc spem fefellerunt, ψευδομ. — ὠδιν. dolores puerperae, hi sunt nunc κεν. sine fructu, cum Charixenus mortuus est.

v. 7, 8 Μοιρα, Parca, quae quasi ius vitae et necis habes. κακοπαρθ. quae iam non puellae, virgini conuenienter fecisti, Charixeni vitae filum abrumpendo; Sponso non propitia. στοργ. puto quemcunque amorem, quo frui hic iuuenis potuerit aliquando. — ἐπτ. εις ἀνεμ. tradidisti ventis, prouerb. locutio, i. e. neglexisti. — σπαρογ. ventorum epithet. qui vela pandunt, impelluntque. ornat h. l.

v. 9, 10 ποθαν — πενθαν — ελεαν. — infinitiui pro substantiuis. suppl. ἐδωκας, ἐποιησας.

CARMEN CXXV.

v. 1, 2 ἀλλ' Αϊδ. ἐπινυμφ. δ. — Αϊδης, non adspiciendus, qui cerni nequit, Deus Inferorum, Pluto. hunc Clearista cepit ἐπινυμφ. — sic Antigone ap. Sophocl. v. 816.

— — ἀλλ' Αχεροντι νυμφευσω.

ἀμματα, vincula, sc. zonae virgineae. παρθεν — Est autem satis obuia idea apud vett. si quis iuuenis moritur, s. puella, dicere de ea, recipere in matrimonium, et nubere Orco, Plutoni.

v. 3, 4 λωτοι ἑσπεριοι, quibus vespertino tempore bifores valuae ornabantur. Lotorum autem in re funebri vsus, symbolum longae obliuionis, quae cum quis moritur, obrepit. Loto autem adscribitur luctus, vt et valuis ipsis, quo res inanimatae animantur.

v. 5, 6 ἠῳος ὀλολ. eadem ratione dicitur vt antea λωτ. ἑσπερ. — planctus matutino tempore editus.

v. 7, 8 πενκ. ἐδᾳδ. φ. faces, lucem praetulerunt. propr. δᾳδ. de pueris s. puellis, qui faces nuptiali die ferunt. — ἐφ. φθιμ. ὁδον. — ὁδος h. l. nude positum: pro via, per Orci tenebras. Catull. 3, v. 11 addidit, tenebricosus. de passere mortuo Lesbiae:

> Qui nunc it per *iter tenebricosum*
> illuc, vnde negant redire quemquam.

CARMEN CXXVI.

v. 1, 2 *Ατρεμ. βαιν.* ne ſcilicet interrumpas placidam quietem. — *κοιμ. ὑπν. ὀφαλ.* periphraſis mortis: vt ap. Lat. *neceſſitas.*

v. 3, 4 *συστολισας.* egregium verbum; — qui tanquam vna eademque veſte induit Muſas et Gratias, et ita arcte connexuit.

v. 5, 6 *θεοπαις Τυρ.* ob Europam, e Ioue genitam. — *ἱερα χθων*, ampla terra. — *Κως Μεροπων.* v. ſupra C. XI. v. 7.

v. 7, 8 *σελομ.*, Syr. *αυδονις*, Phoenicium. et *χαιρε*, ſynonyma ſunt; et formulae, quibus alicui omnia bona apprecamur. — *Ελλ.ην*, ampliore notione: natione Graecus et lingua.

CARMEN CXXVII.

v. 2 *Ατθις*, non pro Athenienſi muliere accipiam, imo erat vicus, quem Gadareni tenebant, et inhabitabant.

v. 4 *Μενιππειαις συντροχ. Χαρισιν* vid. epiſtolam Martini, in fine notarum.

v. 5, 6 Deprecatur gentis infamiam. Syrum quidem ſe eſſe, verum pares naſcendi conditione omnes homines eſſe; ſapientiam et virtutes penes vnum populum non reſidere. Male nempe audiebant Syri, vt proditores doloſi, timidi, leuiſque animi homines, pigri, ſalaces et ſuperſtitioſi. Reisk. Notit. poet. p. 232 ſq. hanc igitur infamiam a ſe remouere ſtudet poeta — *ἐν Χαος θν. ἐτ.* atqui omnes vnius eiusdemque originis mortales.

CARMEN CXXVIII.

De hoc carmine dubium mihi eſt, quin Meleagrum ipſum auctorem habeat: ſit tamen penes eruditos iudicium. — *πλανε*, in monumento Meleagri videnda erat figura alata, in ſignis quidem venabulo et pelle ſuis; et ipſe auctor carminis diuinando explicare velle videtur, quam rem aut perſonam haec effigies referat. — *σιβυνη* eſt venabulum. Graecis autem in vſu eſt, *ἡ σιβυνη, ης* et *ὁ σιβυνης, ε.* vid. Br. V. Illuſtr. ad C. 13 Antipatr. Sidonii. — *συος δερμα*, illius ſuis pellis, quam ille Meleager, Oenei filius, occiderat. — *τις ἐων — και τίνος συμβ. ἐσσι*, nempe, tu, *πλανε.* —

v. 5, 6 Κρονον hanc figuram esse putat forte ob alas: is enim alatus fingitur, Deus temporis, et inde est ταχυπ. — sed non symbolum Croni esse potes, quippe ille est τριγερων, senex; sic enim fingitur. tu autem, effigies alata, iuueni similis es, cui virent genua.

v. 7, 8 ὁ γας μεν ἐν. is, qui hic sepultus iacet, est σοφιστας, Sophista, philosophus, poeta, Meleager Eucratis filius. — συ δ', ὁ πτερ. tu autem, alata effigies, quae mortem referebat, τένομα τεδε λεγ. nomen Meleagri indicis, cuius sepulchrum hoc est, cum σιβυνη in signis esset et συος δερμ.

v. 9, 10 ἐν προβολᾳ, in vultu, in anteriori parte corporis tui et capitis, ἔχεις fers, probas, indicas. γερας ἀμφ. duas virtutes, nempe γελ. και σπεδ. praedicata poetae, et μετρ. ἐρωτ. symbola, quibus facile quis diuinare potest, te amatorii argumenti et elegiarum scriptorem esse.

v. 12 συμβολα ταυτα. σιβυνη, et δερμα συος.

v. 13 χαιρε, nempe tu Meleager, poeta! — ad reliqua huius et sq. versus verba, cf. C. CXXVI. v. 3 et 4.

CARMEN CXXIX.

v. 1, 2 Loquens inducitur κορωνις, ea nota, quam Grammatici in fine totius libri, siue partis alicuius appingere solebant; ea h. l. nuntiat, καταγγ. πυματον καμπτ. vltimam metam s. finem libri: Fere eodem modo dixit Ouid. Amor. III. 15, 2.

> Raditur hic elegis *ultima meta* meis.

ἐρκηρος πις. custos fidissima, σελισι γραπτ. libello.

v. 3, 4 Φαμι, ego κορωνις. sic autem sqq. 4 versus ordina: Φαμι τον ὑμν. Μελεαγρ. ἐκτελ. ἐνελιξ. (και ἐνελιξασθαι) ταδε βυβλ. ἐκ παντ. scil. ποιητων, στεφ. ἀθροισμ. εἰς ἐν ἀμοργμ. — συμπλ. δε ἀνθ. μεσοπ. στεφ. ἀεμνησον Διοκλεα. — ὑμνοθ. h. l. refero ad Meleagr. cum στεφ. iam praedicata sua habet, vt μεσοπ. — ἀμοργμ. est volumen, minio purpureo pictum.

v. 7, 8 κλα, adv. καμφθ. incuruata, inflexa, δρακ. ὀδοντ. vmbilicis dentibus anguinis factis, ἱδρ. sum, adsto. συνθρ. τέρμ. εὐμ. assidens vna cum illis vmbilicis libelli custos, in fine.

De Meleagro, caeterisque Anthologiarum conditoribus, epistola ad Alexandrinum Zondadarium, Emanuelis Martini, L. IV. ep. 5.

Epigrammatum Graecorum collectione, quae *Anthologiae* nomine circumfertur, vix aliquid ad nos peruenit eruditae antiquitatis monumentum vel vtilius vel illustrius. Multi enim, qui bene de litteris meruerunt, longa obliuionis caligine obuoluerentur, nisi eorum nomina per has veluti propagines ad aeuum essent nostrum transmissa et propagata. Multorum etiam scripta funditus intercidissent, quorum nos desiderium conficeret. Adde argumentorum varietatem, sententiarum acumen, facetiarum leporem, multiplicem rerum abstrusarum notitiam, totiusque antiquitatis veluti complexum. Vnde, tanquam e penu locupletissima, quidquid libuerit, depromere licet. Tanti igitur operis dignitatem cum animo meo reputanti, subiit aliquando cogitatio de auctore eius collectionis, praesertim cum viderem, eam rem eruditorum plerisque ignotam, aliquibus fere non bene compertam; omnibus denique negotium facessere. Quae quidem cura cum acrius me pupugisset, omnes iam adhibueram neruos, vt hanc rem eruerem; operique altius me adcinxeram, cum incidi opportune in epistolam quandam Leonis Allatii ad Gabrielem Naudeum, quae exstat in responsis Fortunii Liceti, ad quaesita per epistolas, in qua Vir ille eruditus diligentiae meae praecurrerat, consulto etiam insigni illo Palatino Codice, nunc Biblioth. Vaticanae, quem ego huic rei indagandae accuratius euolueram: copiam mihi eius faciente Laurentio Zacagna, eius Bibliothecae custode dignissimo, mihique, quam diu egi in orbe, omnibus officiis coniunctissimo.

Igitur ab ea cogitatione tum retractus, alio animum adieceram. Tametsi non diffiderem, me, illa ipsa quae Allatius scripserat, longe vberius, et enucleatius mandare litteris posse. Nam ille, vt canis Nilum, obiter tantum ac in transcursu, argumentum hoc delibat potius, quam absoluit. Totius autem rei accuratius explanandae cupidine quadam nunc denuo tactus, ea, quae

ſuper hac re comperta mihi ſunt, in medium proferam, cónfiſus, fore, vt noſter hic labor Graecarum litterarum ſtudioſis nec inutilis omnino euadat, nec iniucundus.

Primus igitur omnium, qui Graeca Epigrammata, hinc inde diſperſa, in vnum corpus collegit, fuit MELEAGER, Eucratis filius, natione Phoenix e Palaeſtina, patria Gadarenus. Hic nempe vetuſtiorum poetarum Epigrammata cogens ſcitiora, auctorum nomina litterarum ordine diſpoſuit, et digeſſit, eamque collectionem Coronam inſcripſit, dicauitque cuidam, cui nomen Diocli. Quod diſerte habetur in Cod. illo Palatino, qui Heydelberga Romam translatus eſt; cui praeiacta eſt Corona Meleagri, in cuius margine haec adnotata ſunt, minutiſſimo charactere, litteriſque paene abiturientibus: *Οὑτος ὁ Μελεαγρος Φοινιξ. ἠν, των ἀπο Παλαιϛινης. ἐποιησε δε τον θαυμασιον τετονι των ἐπιγραμματων ϛεφανον. συνεταξε δε αὐτον κατα ϛοιχειων.* — et paucis interiectis: *Ὁ Μελεαγρος Γαδαρηνος ἠν, το γενος Συρος. ἐτελευτησεν ἐν Κῳ τῃ νησῳ.* Recenſitis deinde poetarum nominibus ſubiungit: *ἐγραψε δε τον ϛεφανον προς Διοκλεα.* In Bibliotheca Barberina exſtat Corona iſthaec (*a*) Meleagri manu exarata, in qua legitur hoc ſepulchrale diſtichon: (*b*)

Εἰς τον σοφον Μελεαγρον, τον τȢς ϛεφανȢς ἐπιγραμματων πλεξαντα, τον υἱον Ευκρατεος τȢ Γαδαρηνȣ.

Ευκρατεω Μελεαγρον ἐχω, ξενε, τον συν Ερωτι
και ΜȢσαις κερασανθ' ἡδυλογȣς Χαριτας.

Natus eſt Meleager, vti diximus, Gadaris, ſeu potius Atthide, oppido ad Euphratem, haud procul Gadaris. Vtrumque enim habemus ex duplici epitaphio, quae homo, famae ſuae non incurioſus, ante funus ſibi exarauit, ſenio iam confectus. Quorum alterum exſtat L. III. Antholog. alterum exhibet Cod. Barberin. Prioris exemplar huiusmodi eſt:

Νασος ἐμα etc. (*c*)

(*a*) Eſt ea noſtrae collectionis Carmen I.

(*b*) v. Anal. Brunck. T. III. epigr. DLXXIII.

(*c*) Eſt inter Meleagri carmina, C. CXXVII.

Posterius autem ita se habet: (*d*)

Πρωτα μοι Γαδαρων κλεινα πολις ἐλπετο πατρα
ηνδρωσεν δ' ἱερα δεξαμενα με Τυρος.
ἐς γηρας δ' ὁτ' ἐβην, και δ'ια θρεψαμενη Κως
αμε θετον Μεροπων ἀστον ἐγηροτροφει.
Μουσαι δ' ἀν ὀλιγοις με, τον Ευκρατεω Μελεαγρον
παιδα, Μενιππειαις ἠγλαϊσαν Χαρισι.

In vtroque hoc epigrammate incubabat mendum, quod facile detersimus. in primo enim legebatur:

πρωτα μεν ἱππειαις etc.

in secundo vero:

παιδα μεληταιοις —

quae vox nihili est; pro quibus restituimus: Μενιππειαις, De priori iam nos ante monuerat Henric. Stephanus. Ioannes Brodaeus, et Vicentius Opsopoeus. De hoc vltimo in procliui res est. Fuit enim Meleager, Menippi aequalis, et ciuis, et in scurrilibus aemulator, eiusdemque cum eo sectae. Diog. Laert. (*e*) cum dixisset Menippum fuisse ἀνεκαθεν, siue a maioribus Phoenicem, subiungit: ταδε βιβλια αυτȣ πολλȣ καταγελωτος γεμει, και δ'ιϊσον (τι ἰσον, ed. Lips.) τοις Μελεαγρȣ, τȣ κατ' αὐτον γενομενȣ. Strabo L. XVI. viros illustres Gadaris ortos recensens: ἐκ δε των Γαδαρων Φιλοδημος τε, ὁ Επικȣρειος γεγονως, και Μελεαγρος, και Μενιππος, ὁ σπȣδογελοιος, και Θεοδωρος, ὁ καθ' ἡμας ῥητωρ. Theodorus nempe ille, qui, Tiberii Caesaris natura sagaciter perspecta, appellabat eum, πηλον αἱματι πεφυραμενον, lutum sanguine maceratum, vt est apud Sueton. (*f*) Stephanus quoque Byzant. Gadara, inquit, πολις κοιλης Συριας, ἡ τις Αντιοχεια και Σελευκεια ἐκαλειτο, ἐντευθεν ἠν Μενιππος, ὁ σπȣδογελοιος. Idcirco ait Meleager in primo epigrammate: se in iuuenta vna cum Musis cursitasse Μενιππειαις Χαρισιν, cum Gratiis Menippeis, i. q. perinde, vt Menippus, risui, salibus, iocis, et festiuitati studuisse. in secundo autem: Musas se illustrem reddidisse Μενιππειαις Χαρισιν, Gratiis Menippeis. quo nomine intelligit opus quoddam a se lucubratum, quod inscripsit: Χαριτες s. Gratias. cuius exstat mentio apud Athenaeum in quarto:

(*d*) Hoc epigr. Brunck. V. III. non pro Meleagre recepit. Legitur inter c. ἀδεσποτα, Anal. T. III. 572.

(*e*) L. VI. cap. 8, §. 99.

(*f*) Tiber. cap. 57. vid. ibi Ernesti.

vbi Nicium fcortum fic alloquitur, Cynulcum illum Carneum Megarenfem, caeterosque Cynicos deipnofophiftas: ὁ προγονος ὑμων Μελεαγρος ὁ Γαδαρευς, ἐν ταις Χαρισιν ἐπιγραμμεναις εφη: Ὁμηρον etc. Ex his omnibus apparet, floruiffe praefertim hunc Meleagrum fub Seleuco Philopatore, Antiochi Magni filio, qui regnum iniit Olymp. CXLVIII. anno primo, aerae Seleucidarum CXXVI. a. C. N. CLXXXVI. quo primum tempore hanc collectionem fuiffe adornatam, non eft, cur dubitemus. Poetae autem, e quorum floribus fuam nexuit Coronam Meleager, fuere: *Anyte*, *Moero*, *Sappho*, *Melanippides*, *Simonides*, *Noffis*, *Rhianus*, *Erinna*, *Alcaeus*, *Sammias*, *Leonida*, *Mnafalcus*, *Pamphilus*, *Pancrates*, *Tymnes*, *Nicias*, *Euphemus*, *Damagetus*, *Callimachus*, *Euphorion*, *Hegefippus*, *Perfeus*, *Diotimus*, *Menecrates*, *Nicaenetus*, *Phaennus*, *Simmias*, *Parthenis*, *Bacchylides*, *Anacreon*, *Anthemius* (*g*), *Archilochus*, *Alexander*, *Polycletus*, *Polyftratus*, *Antipater*, *Hermodorus*, *Pofidippus*, *Hedylus*, *Sicelides* (*h*), *Plato*, *Aratus*, *Chaeremo*, *Phaedimus*, *Antagoras*, *Diodorides*, *Phanias*, aliique fui temporis permulti, quorum nomina non recenfuit, ne lectori taedium crearet. At tandem Meleager ipfe ϛεφανοπλοκος. Sed libet videre Meleagrum ipfum, Coronam hanc elegantiffime texentem, in quadam Elegia, quae in Vatic. Cod. praemittitur, nec dum, quod fciam, in lucem edita. Ea eft eiusmodi:

Μελεαγρȣ ϛεφανος (*i*).

Ex illius vltimis verbis apparet, non omnes poetas, quorum epigrammata collegerat, in hanc elegiam παγκαρπιαν Meleagrum retuliffe: fed illos tantum, quos adulta iam fama et antiquitatis honor confecrauerat. Praeteritis fui temporis fane quam multis vt indicat illud:

ἀλλων δ' ἐρνεα πολλα νεογραφα.

nec non amicis; quod fignificant illa verba:

— — — — — — τοις δ' ἁμα Μȣσης,
και σφετερης ἐτι πȣ πρωϊα λευκοϊα.

nam fubiungit:

ἀλλα φιλοις μεν ἐμοισι φερω χαριν.

(*g*) v. C.I. v.36. Legebat ibi Martini: Ανθεμιον, maiori charact.
(*h*) v. Carm. laud. v. 46, ibique not.
(*i*) Iam fequitur ipfum Carmen, quod primum eft in Meleagri hac collectione.

Digitized by Google

Monendus tamen es, multos ex iis, quorum nomina Coronae pancarpiae Meleager intexuit, in Anthologia typis edita non reperiri (*l*); excerptorum iniuria, qui tam foecundum agrum pro libidine vastantes multa demessuerunt, quibus carere fine maximo litterarum detrimento non possumus. nam, quod aiunt, omnia quae in eo Cod. praetermissa sunt ob turpitudinem et obscoenitatem consulto fuisse reiecta, merae nugae. Legi enim egomet innumerabilia, exscripsi nonnulla, quae vel Cato ipse Censor gestaret in gremio. Vtinam Salmasianam illam editionem non inuidissent nobis fata, quam ipse toties promisit. Consultum profecto esset melius rei litterariae, nec tam venerandae antiquitatis monumenta nobis essent intercepta: non quidem iniuria temporis, id enim esset tolerabilius, sed, quod longe miserrimum, saeculi inertia. Verum id est, quod dicitur Hylam inclamare. Antequam hinc digredior, monere te quoque visum est, me Hermodorum poetam, qui iam dudum e corona exciderat, illi denuo restituisse. Neque enim Graecus Scholiastes qui omnes huiusce pancarpiae autores enumerat, illum recensuit, nec Leo Allatius. Quin et Ioannes Brodaeus in notis ad caput VII. L. IX. Histor. Theophrasti huius poetae nomen eraserat; vt actum de illo esset, ni ego venissem suppetias. Meleagri versus sunt: (*m*)

και μεν και Συριαν ςαχυοτριχα θηκατο ναρδον
ὑμνοθεταν Ερμȣ δωρον αειδομενον.

Quos ita vertit Brodaeus, vel potius peruertit:

Certe equidem et Syriam spicatum capillum habens ponito nardum.
Hymnis cantatum celebratum Mercurii donum.

in qua interpretatione, pace tanti Viri dixerim, tot paene sunt peccata, quot verba. Missa faciam ea, quae in omnium oculos incurrunt, nec hilum ad institutum nostrum pertinent. Hermodoro tantum, fidem meam imploranti, manum porrigam, quem aliquantulum deformatum reperio in illis verbis: *Ερμȣ δωρον.* cum enim lex carminis ex structura nomen *ΕρμΟδωρον* respuat, ob secundam breuem: coactus est Meleager illam producere, resumta vocali, quae compositionis causa excide-

(*l*) Videantur Analecta Brunckii.
(*m*) vid. Carm. I. v. 44.

rat. Itaque scripsi ΕρμΟΥ δωρον, quod aperte ostendit vox ὑμνοθεταν, quae aliter nullo modo agglutinari potest, nec habet, cui adhaerescat. Adde, nisi ita legas, esse illud distichon cassum et inane. Quo nihil cogitari potest ineptius. Exstat huius Hermodori epigramma quoddam in simulacrum Veneris Cnidiae L. IV. Anthologiae (*u*). Sed de Meleagri collectione abunde satis.

Post hunc *Philippus Thessalonicensis*, vt eos epigrammatarios, qui post Meleagrum scripsere, posteritati consignaret; quadam aemulatione tactus nouam syllogen orditus est, quam itidem inscripsit *Coronam*; tanquam accessionem aliquam ad Meleagream: dicauitque cuidam Camillo. Scholia ἀδεσποτα ad oram Cod. Pal. ἑτερος ϛεφανος Φιλιππȣ Θεσσαλονικεως, ὁν ἐποιησε εν καταμιμησει Μελεαγρȣ. συνηξε δε και αὐτος ἀπο των ἐμφερομενων ποιητων, etc. ἐγραψε δε ȣ̓τος ὁ Φιλιππος τον ϛεφανον προς τον Καμιλλον. Vixit hic Philippus temporibus Caesaris Dictatoris et Octauiani Augusti, quod nos docent eius epigrammata, in quibus vtrique impudenter blanditur. Narrat praeterea, tamquam eo tempore euulgatum portentum illud de palma sub statua Caesaris, inter coagmenta lapidum Trallibus enata, vel Tarracone in ara Augusti. Non dubium quidem est, ad quodnam ex iis miraculis referri debeat Philippi epigramma, quod exstat L. I. Anthol. Certe vtrumuis intelligas, suo tempore accidisse commemorat. ait enim

— — — — — — νυν ἀνετειλε
Καισαρος ἐκ βωμȣ κλωνα μελαμπεταλον.

Tametsi ille non palmam, sed laurum enatam scribit: contra veterum omnium fidem, imo et numismatum. sed poeta veritatis nil pensi habuit, modo victoriae signum poneret. Meminit etiam naualis pugnae ad Actium in alio epigr. L. VI. quae pugna pugnata est Olympiad. CLXXXVII. a. 2. Caio Caesare Octauiano tertio, et M. Valerio Messala Coss. IV. Non. Sept. a. V. C. DCCXXI. a. C. N. XXIX. Poetae a Philippo adiecti Coronae Meleagreae hi fuere: *Antipater*, *Crinagoras*, *Antiphilus*. *Tyllias*, *Philodemus*, *Parmenio*, *Antiphanes*, *Automedon*, *Zonas*, *Bianor*, *Antigonus*, *Diodorus*, *Euenus*, et ipse *Philippus* coronarius. Qui Meleagri imitatione suam

(*u*) Analect. Brunck. T. I. pag. 262.

etiam texuit Corollam, quam exhibent praememoratae membran: Palat. Ea eſt huiusmodi: (*)

Φιλιππȣ Θεσσαλονικεως ϛεφανος.

Ανθεα σοι δρεψας Ελικωνια, και κλυτοδενδρȣ
  Πιεριας κειρας πρωτοφυτȣς καλυκας,
και σελιδος νεαρης θερισας ϛαχυν, ἀντανεπλεξα
  τοις Μελεαγρειοις ὡς ικελον ϛεφανοις.
ἀλλα παλαιοτερων εἰδως κλεος, ἐσθλε Καμιλλε,
  γνωθι και ὁπλοτερων την ὀλιγοϛιχιην.
Αντιπατρος πρεψει ϛεφανῳ ϛαχυς· ὡς δε κορυμβος
  Κριναγορας· λαμψει δ᾽ ὡς βοτρυς Αντιφιλος.
Τυλλιος ὡς μελιλωτον· ἀμαρακον ὡς, Φιλοδημος,
  μυρτα δ᾽ ὁ Παρμενιων· ὡς ῥοδον Αντιφανης·
κισσος δ᾽ Αυτομεδων· Ζωνας κρινα· δρυς δε Βιανωρ·
  Αντιγονος δ᾽ ἐλαιη, και Διοδωρος ἰον·
Ευηνῳ δαφνην συνεπεπλεκα. τȣς δε περισσȣς
  εἰκασον οἱς ἐθελοις ἀνθεσιν ἀρτιφυτοις.

Vbi nota, exemplo Meleagri ſui aeui poetas etiam praetermiſiſſe, quorum floſculos vocat ἀρτοφυτȣς, et opponit πρωτοφυτοις.

Epigrammatum collectioni tertius manum admouit Agathias ſeu Agathius, Scholaſticus, Memnonii Rhetoris et Pericleae filius, patria Myrinaeus, ex vrbe Myrina, quae in Aſia minori veterum Aeolenſium colonia fuit, ad oſtia Pythici fluuii: hic Smyrnae iurisprudentiam publice profeſſus eſt, vnde illi cognomentum Scholiaſtici. Floruit ſub Iuſtiniano imperatore, cuius res geſtas conſignauit litteris L. V. poſt Procopium Caeſarienſem. Scripſit alia partim ſoluta oratione, partim numeris adſtricta. Cuiusmodi fuere poematia illa, quae Daphniaca inſcripſit, nouemque libris complexus eſt, quorum ipſe meminit Lib. de bello Gothorum primo. Tum epigrammate quodam L. VI. Anthol. Hic igitur compoſuit etiam τον κυκλον των νεων ἐπιγραμματων, ὡν αὐτος συνηξεν εκ των κατακαιρων ποιητων. *Circulum nouorum epigrammatum, quae ipſe ex poetis ſuo tempore viuentibus collegit:* vt refert Suidas. Etſi Agathias

(*) Exſtat in Analect. Br. T. II. pag. 211, epigr. I. et nos dedimus textum ab editore Anal. Eruditiſſ. correctum. Martinus legit νεαννης, v. 3. — Μελεαγρῆος, v. 4. — Καμιλλα, v. 5. — Τυλλιȣς, v. 9. — συνεπιπλοκα, v. 13.

in praefatione ad ſuam hiſtoriam non circulum a ſe fuiſſe inſcripta ea collectanea prodit, ſed recentiorum epigrammatum ſyllogen. Quae nuncupauit Theodoro Decurioni. Errat igitur toto coelo Vincentius Opſopaeus, qui in ſuis ad Anthol. Annot. ſcribit: Agathiam hunc Scholaſticum primum fuiſſe, qui epigrammata collegerit. Imo vltimus. Eius aequales fuere *Paulus Silentiarius*, Macedonius Conſul, aliique, quos in hanc ſyllogen coniecit.

Deinde *Conſtantinus* quidam, cognomento, *Cephalas*, haec eadem epigrammata, quae, vt antea monuimus, litterarum ordine fuerunt digeſta, in vnum confudit, diuiſitque in capita diuerſa. Separatim nempe amatoria, votiua, ſepulchralia et demonſtratiua: ea ratione, qua hodie in Codice Palatino digeſta ſunt. Quod diſerte tradunt Scholia marginalia ad Coronam Meleagri hiſce verbis: *ὁ Μελεαγρος ἐποιησε τον θαυμασιον των ἐπιγραμματων ςεφανον, συνεταξε δε αὐτον κατα ςοιχειον. ἀλλα Κωνςαντινος, ὁ ἐπονομαζομενος Κεφαλας, συνεχεεν αὐτον, ἀφορισας εἰς κεφαλαια διαφορα, ἠγκν ἐρωτικα ἰδιως, και ἀναθηματικα, και ἐπιτυμβια, και ἐπιδεικτικα, ὡς νυν ἀποτετακται ἐν τῳ παροντι πτυκτιῳ* Sed bonus hic Conſtantinus ordinem tantum mutauit, nihil vero addidit.

Peſſimo tandem conſilio *Maximus Planudes*, Monachus Conſtantinopolitanus, qui anno MCCCLXX florebat, collecta veterum ſtudio epigrammata amputauit, ſine ingenio, ſine iudicio. Multa enim ex illis demeſſuit, quibus defraudare poſteros piaculare fuit. Multa reliquit, quibus carere ſine iactura facile poſſemus. Sed homo lepidus, ex genio, vel captu ſuo caeterorum ſtudia dimenſus eſt, nihilque exiſtimauit aliis voluptatem allaturum, praeter ea, quibus ipſe delectaretur, quamquam alioquin doctus. Nam et Metamorphoſes Ouidianas graece vertit, et Caeſaris commentarios de bello Gallico. Aliaque edidit ingenii ſui egregia monumenta, e quorum numero ſunt dialogi quidam manuſcripti, de re Grammatica, qui adſeruantur in Bibliotheca, Excellentiſſimi Ducis Uzedae in hac vrbe. Ab imperatore tandem iuſſus contra Latinos ſcribere, vtcunque id exſecutus eſt. Abſolui penſum.

INDEX

rariorum vocum, quarum pleraeque in Lexicis non inueniuntur.

FINIS.

LIPSIAE,

EX TYPOGRAPHIA BREITKOPFIA.

VA1
1553763

Digitized by Google

Digitized by Google

III
3
22.

Digitized by Google